Narratio

de

FRIDERICO MYCONIO,

primo

Dioeceseos Gothanae Superintendente

atque

Ecclesiae et Academiae Lipsiensis

ante haec tria fere Secula

Reformatore,

quam

Speciminis inauguralis loco aequorum censorum examini submittit

Carol. Henric. Godofred. Lommatzsch,

Theologiae atque Philosophiae Doctor, Dioeceseos Annaemontanae Ephorus, Ordinisque Meritorum in Saxonia regia civilium Eques.

Annaebergae
Ex Officina Hasperiana, impensis Freieri, Bibliopolae.
MDCCCXXV.

VIRIS MAGNIFICIS

JOANNI PHILIPPO GABLER

THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORI DUCIS SAXONIAE GOTHANI ET ALTENBURGENSIS A CONSILIIS CONSISTORII INTIMIS MAGNI-DUCIS SAXONIAE VINARIENSIS ET ISENACENSIS A CONSILIIS ECCLESIASTICIS PROFESSORI THEOLOGIAE PUBLICO ORDINARIO PRIMARIO SUMME VENERABILIS THEOLOGORUM ORDINIS SENIORI COLLEGII CUI CURA PAUPERUM PUBLICA COMMISSA EST PRAESIDI SEMINARII THEOLOGICI DIRECTORI SOCIETATIS MINERALOGICAE ASSESSORI REL.

JOANNI TRAUGOTT LEBRECHT DANZIO

THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORI
MAGNI-DUCIS SAXONIAE VINARIENSIUM ET
ISENACENSIUM PRINCIPIS A CONSILIIS INTIMIS IN CONSISTORIO ECCLESIASTICO THEOLOGIAE PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO
INSTITUTI CATECHETICI DIRECTORI SOCIETATUM LATINAE ET MINERALOGICAE
QUAE JENAE FLORENT SOCIO REL.

HENRICO AUGUSTO SCHOTT

THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORI MAGNI-DUCIS SAXONIAE VINARIENSIS ET ISENACENSIS A CONSILIIS ECCLESIASTICIS THEOLOGIAE PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO INSTITUTI HOMILETICI DIRECTORI SOCIETATIS MINERALOGICAE JENENSIS ASSESSORI REL.

LUDOVICO FRIDERICO OTTONI BAUMGARTEN-CRUSIO

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORI PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO MAGNIDUCIS SAXONIAE AB ECCLESIASTICIS CONSILIIS SUMME VENERABILIS THEOLOGORUM ORDINIS HOC TEMPORE DECANO REL.

hoc animi sui monimentum

sacrum esse

cupit

Auctor.

Praefatio.

Sunt, qui seriori aevo et multo post obitum ideo potissimum perpetuos et maxime insignes adepti sint nominis honores, quod, quae felici quodam temporis momento mente conceperant et cogitaverant, licet ab aequalibus neglecta atque haud raro contemtui habita, a posteris demum digna sint judicata, quae rerum gravissimarum tam inveniendarum, quam suscipiendarum et efficiendarum praeberent ansam.

Sunt vero etiam viri suo tempore laudatissimi atque spectatissimi, quorum vita egregie peracta quorumque praestantia in aeternum colenda temporum injuria in oblivionem abierit ita, ut merita, quibus haud vulgari inclaruerant modo, Lethaeis quasi submersa esse videantur undis. Horum e numero fuit Fridericus Mecum, qui vulgo Myconius vocatur, vir inter eos, qui ante hos trecentos annos sacris emendandis saluberrimam tulerunt opem, praecipuo habendus loco: cujus ad memoriam ab oblivione, qua premitur, vindicandam, quum me

casus quidam ab initio evocasset, re accuratiu perpensa factum est, vt, quod fortuito inceperam, gravissimis firmaretur rationibus.

Est scilicet in urbe nostra societas ante hos undecim annos a Summe Venerabili Antecessore, D. Bretschneidero, aliisque viris egregiis constituta et Musei nomine ornata, cujus finis in eo cernitur, ut singulis diebus per alternas hiberni semestris hebdomades circa quadringenti nostratium cum exteris, qui visendi causa nos adeunt, in oeco Nepoti Patris patriae, Serenissimo Principi, Friderico Augusto, dicato, ad vespertinas horas, vel praelectionibus (a) cuilibet utilibus, rebus musicis et declamatoriis audiendis, vel colloquii familiaris usu, vel etiam juniorum saltationibus intuendis, transigendas conveniant. In hocce conventu quum ego quoque interdum praelegere soleam, quae communi praesentium inservire possint vtilitati, ad repetendam pristinorum temporum memoriam inter alia superiori anno verba de claris Annaemontanis facienda censui: et quum studiis meis privatis incidissem in ea, quae Johannes Georgius Mullerus in libello germanice scripto, cui titulus

(a.) Collectionem talium praelectionum ab ipso habitarum egregiam Collega meus Spectatissimus, M. Christianus Henricus Schumannus, typis exscribendam curavit in libello, qui inscriptus est: Musivstücke. Annaberg in der Freierschen Buchh. 1824.

est: Reliquien alter Zeiten, Sitten, Meinungen etc. Tom. III p. 295. sqq. de Myconii somnio memoratu dignissimo, quo Annaemontii quondam in monasterio tum temporis Franciscanorum usus est, exposuit, hocce ductus sum casu, ut de Myconii vita accuratius enarranda primum ceperim consilium. Deerant quidem haec animo volventi a principio ad ejusmodi narrationem rite componendam subsidia literaria; nam praeter Jenisii Annales et Richteri Chronica nullum alium hac de re libellum tempore illo consulere licuit, quum et Schroeckhius (b.) obiter tantum de Myconio loquatur, et in bibliotheca nostra scholastica, licet plura ibi invenias scripta, quae ex Monachorum Annaemontanorum temporibus adhuc reliqua sunt, nihil de Myconio, nisi tractatus (c.) anno 1524. ab ipso

(b.) Schröckh (Joh. Matthias) Christliche Kirchengeschichte seit der Reformation I. Th. S. 116 u. 578.

(c.) Delituit hicce tractatus, qui inscriptus est, Eyn freuntlich Ermanung troestung aller Freundt und liebhaber gottis Wort yn der loblichen berümpten Perghstadt S. Annapergk, von wegen viler austöss die sie teglich überfallen vm Evangelischer lere vnd Christlicher Freyheit willen etc. diu in pulvere bibliothecae nostrae scholasticae, et forsan diutius hisce tectus mansisset tenebris, nisi anno hujus seculi XVII. Rector Lycei nostri longe meritissimus, M. Traugott Fridericus Benedict, illius demo in lucem protrahendi accuratiusque inspiciendi auctor mihi fuisset.

scriptus asservetur. Dresdam igitur itinere facto adii bibliothecam regiam, et quum ope Virorum Illustrium, qui illi bibliothecae praesunt, largam ibi de Myconio scribendi invenissem materiam, non solum viri praestantia, sed rei ipsius (d.), utpote Sacrorum emendatorum incunabula clarissime illustrantis, gravitas me movit, ut viri dignissimi, at nostris temporibus paucis tantum cogniti, memoriam ex inferis quasi revocare, piisque Myconii manibus hacce oratione denuo parentare decernerem. Huc accessit, quod, quum Summe Venerabili atque Magnifico in universitate literarum Jenensi Theologorum Ordini, pro summis ab illo mihi delatis in Theologia honoribus, gratiarum agendarum causa scriptum aliquod esset offerendum, nonnulli meorum amicorum, et quidem viri praestantissimi, consilium meum de Myconii vita enarranda cum ipsis communicatum, non modo non improbarunt, sed omni sua auctoritate confirmarunt. Cui obtemperaturus sperare quidem vix ausus sum, fore, ut aeternam, quae fuit in Myconio, animi formam verbis exprimere atque pictoris periti quasi arte delineatam oculis intuentium exponere possim ita, ut, quo ingenio fuerit, et quantopere in hoc excolendo atque ornando aetatem,

(d.) Est scilicet ea virorum, quibus sacrorum emendationem debemus, conditio, ut, qui res unius attente inspexerit, totius fere ecclesiae evangelicae fata praecipua cognovisse videatur.

qua vixit, fautricem et magistram habuerit, nec non quid vice versa tempus suum illi debuerit, luculentissime innotescat. At quum in magnis et arduis voluisse jam satis sit, quumque in omnibus hisce rebus etiam parva initia et infirma conamina aliis saepenumero ansam praebuerint ad meliora proferenda, satis me excusatum judicare licebit, si, quae conscripserim, quamvis nondum perfecti aliquid omnibusque numeris absoluti exhibeant, ita tamen sint comparata, ut nec Vestro, Viri Magnifici, Quibus inprimis hac qualicunque scriptione gratissimi animi sensum testatum facere, Quorumque hac de causa Nominibus Splendidissimis dicatum volui huncce libellum, honorifico de me judicio prorsus inferiora, nec aequorum lectorum exspectatione indigna censeantur.

Jam vero ut, his praemissis, ad rem ipsam, quam exponendam suscepi, me convertam, in ea expedienda ita versabor, ut et fata Myconii suo ordine, scriptorum, quae ipse exaravit, nec non aliorum, quae de eo exstant, testimoniorum ope, succincta, prouti fieri poterit, narratione, missis omnibus ambagibus, persequar, et qualis quantusque ipse fuerit, aperiam. Ac si Myconii vitam ad normam in considerandis singulorum hominum temporibus semel receptam contempleris, et totam ejus aetatem percenseas ita, ut quatuor gradus pro

cessusque ejus constituas; primus vitae gradus, qui infantiam et puerilem nostri aetatem amplectitur, non multa notatu digna exhibet. Sequitur hunc ille annorum processus, qui inde ab exeunte pueritia usque ad seculi, quo vixit, decimi sexti annum vicesimum quartum, in viginti annos patet, fatisque fuit vexatissimus. Dehinc virilis nostri aetas continuata inde ab anno jam excitato non robusta solum maturitate, sed et factis egregiis conspicua est. Tunc vero expleto aetatis quadragesimo nono anno vires ejus consenuerunt atque decoxerunt ita, ut jam quinquennio post placida morte naturae debitum solverit. Scripsi Annaemontii VII. Calend. Oct. MDCCCXXV.

Vita Myconii.

Fridericus Myconius, cui primum atque antequam more illius seculi, graecanicam nominum immutationem inprimis amantis, hoc Myconii nomine vocari mallet, familiae nomen Mecum (e) fuisse videtur, natus est in oppidulo, nomine Lichtenfels, in Franconia ad Moenum sito, anno MCCCCXCI. die St. Stephani i. e. XXVI. Decembris (f). Quae

(e) Hoc nomen primum publice subscripsit literis illis consolatoriis anno 1524. Zwickavia ad Annaemontanos datis, quarum jam mentio in nota (c) facta est. Leguntur enim in fronte hujus libelli haec verba: „Etwan in d' Parfüsser Münchentauff Franciscus, Aber in Christi Jhesu eyniger tauff genant Fridericus Mekum von Liechtenfelss. Postea vero nomen Myconii et ipsi et amicis magis placuisse videtur; qua quidem de causa par tantum epistolarum ad eum scriptarum reperi, in quibus Mecumenius et Mecum vocatur, cf: Sagittarii Hist: Goth: Supplem: III. p. 126. ep.: XX et XXI. nec non Aurif: ep: Luth: Tom: II p. 288b, in qua epistola anno 1525 ad Myconium a Luthero data Mecon vocatur.

(f) Myconius Redivivus a Joh: Matth: Junckero Waltershusae 1730 editus p. 15, vbi quoque monetur, ipso illo tempore plures de sacris emendatis maxime meritos natos esse viros e. g. anno praecedente Valentinum Trocendorfium, anno sequente Georgium Rorarium, biennio post Justum Jonam, sexennio post Philippum Melanchthonem. Conferatur praeterea Melchior Adami in Vitis Theologorum p. 171. Seckendorf. Hist: Lutheran: Lib. I. pag: 179. Sagittarii Hist: Goth: p. 168. M. Joh: Gottlieb Bosseckii dissert: de Friderico Myconio ecclesiae et academiae Lipsiensis Reformatore, Lipsiae 1739. pag: V.

Myconii origines licet gentis splendore careant, ab omnibus, qui ejus vitam exposuerunt, parentum pio, honesto atque liberali animo ideo illustrari censentur, quod ipsemet in epistola ad Eberum paulo post excitanda de ratione, qua a patre suo ad veram evangelicam fidem vitamque prima inde a pueritia institutus sit, talia protulit, quae quemlibet praeconceptarum opinionum imperio nullo modo obnoxium movere debeant, vt Adami hac de re non possit non amplecti sententiam, qua contenditur, (g) fuisse haud dubie huncce Myconii patrem, (h.) quem de justificatione, de vera et non dubitante fide, qua omnia a deo impetremus, de invocando solo deo et de indulgentiarum vanitate recte sensisse appareat, aut Waldensium discipulum, aut alioqui Θεοδιδάκτου, mirabili modo a deo veritatem edoctum, quales multi omnibus temporibus in densissimis ecclesiae christianae tenebris fuerunt.

Atqui ejusmodi patre procreatus ejusque sinu et indulgentia pueritiae annis educatus, per omnem honestarum, prouti tunc fuerunt, artium cultum ineuntem adolescentiam transegisse videtur. Sunt scilicet quolibet aevo eximii quidam viri, qui quasi proprio suo innatae gravitatis atque praestantiae fundamento nitantur. Sunt vero etiam alii, qui, quamvis illorum eminentiam non assequantur, attamen ingenii animique literarum artiumque humaniorum ope haud vul-

(g.) Seckendorfius libro excit. p. 180 b.

(h.) Monendos hic censeo lectores benevolos, vt vel ea consulant, quae historia reformationis in universum de Lutheri patre commemorat, vel ea inspiciant, quae hac de re a Cypriano in Tentzelii libello, qui inscriptus est: Historischer Bericht vom Anfange vnd erstem Fortgange der Reformation Lutheri Tom: I p. 146. sqq: in nota proferuntur; quippe quum horum testimoniorum auctoritate clarissime evincatur, vtrumque patrem in dijudicanda sui temporis religione eodem jam consensisse modo, quo postea eorum filii amicissime conspirarunt.

gari modo excolendi merito habeantur capacisſimi, atque adjumentis aliunde acceptis facile quoque emergant. Horum e numero Myconius fuisſe videtur; et quum haec ejus indoles parentes, quorum, vt ipſe commemorat, unicus filius et haeres fuit, latere non posſet, haud miraberis, anno jam aetatis XIII. (i) postquam integrum ſexennium in ludo Lichtenfelsensi prima literarum elementa didicerat, ad uberiorem doctrinae ſolidioris cognitionem ſibi comparandam, in ſcholam ab iis esſe misſum, quae aeque atque vrbs ipſa nuper condita, quam ornabat, eximie tum temporis efflorescere incepit.

Atque hic locum invenisſe mihi gratulor, de Annaemontii, cui ipſemet multa, quae gratisſima semper ſum ſervaturus memoria, debeam, originibus, Annabergensium enim scholae a parentibus traditus est Myconius, pauca orationi meae intexere.

Fuit autem loci, quo Annaemontium (k.) nunc ſitum est, vsque ad annum MCCCCXCVI., quo

(i.) cf. Sagittarii historia Gothana curante Tentzelio Ienae sumtu Joannis Bielckii A. MDCC. typis expresſa, pag. 168. Myconius Redivivus A. 1730. a Junckero Walthershusae germanice editus, p. 13.
Bosſeckius l. c. pag. VI.

(k.) De Annaemontii originibus et fatis inprimis consulenda videtur Pauli Jenisii Annaebergae, Misniae vrbis, historia in duos libros digesta, quorum prior urbis deſcriptionem ſex et viginti capitibus comprehensam proponit, alter Annales exhibet. Dresdae impresſa ab Hieronymo Schütz MDCV. Praeterea conferri posſunt:
Richteri Chronica, quae Annaemontii anno 1746. ſub titulo: Umständliche aus zuverläsſigen Nachrichten zusammengetragene Chronica der freyen Berg-Stadt St. Annaberg etc. Chronicon Annaebergense continuatum bis uff 1658 Jahr nach Christi Geburt, durch M. Georgium Arnoldum Cizensem. Annaberg bey Friedr. Wilh. Ludwig Hasper, genau nach der Urkunde vnd mit Beybehaltung der alten Orthographie 1812.
Annaberga. Libri tres, quibus continetur vrbis Annaebergae in Misnia deſcriptio, ortus et positus, conscripti

adulto jam auctumno ſuccisis arboribus vrbis proximo anno condendae exstructio praeparata est, eadem forma et naturalis quasi nota, quam Tacitus antiquae tribuit Germaniae, ita vt inter omnes montanos Saxoniae tractus haec potisſimum regio, vtpote adhuc reliquis patriae partibus ventosior et asperitate coeli horridior, quam maxume informis terris, asperrima coelo, horrida ſilvis, foeda paludibus, tecta perpetuis nebulis et humoribus, periculosa ferarum bestiarum frequentia, tristis cultu aspectuque, arborum frugiferarum (l.) prorsus impatiens, multisque praeterea in locis ſaxorum rupiumque objectu inaccesſa, atque hisce de causis ex opinione vulgi feralis exercitus terrore plenisſima inveniretur (m.). Quod quum ita esſet, montes forsan nostri vsque ad

versibus a Michaele Barth, cive grato et amante patriae. Quibus accesſerunt Joannis Saliani de eadem vrbe et Sylva Hercynia libellus — Helii Eobani Hesſi Elegia, Joachimi Camerarii Elegia ὁδοιπορικὴ metallaria — Basileae per Joannem Oporinum 1557.

Qui plura de vrbe nostra ſcripta cognoscere cupit, copiosum catalogum Matthaei Behemii poemati, cui titulus est: Deſcriptio vrbis Annaemontanae sitae in Mysia ad montes Sudetes etc: quodque anno 1812 denuo typis exſcribendum curavit vrbis nostrae tum temporis Syndicus, Christianus Leberecht Deumer, adjunctum inveniet.

(l.) Adsunt, proh dolor! adhuc loci permulti,
— — vbi nulla campis
Arbor aestiva recreatur umbra. Horat.

(m.) Paulus Jenisius pag. 28b. historiae etc. memoratis in Pelori, cui adjacet Annaemontium, radicibus stagnantibus aquis, de reliquo vrbis situ atque de prima regionis conditione haec profert:

Locus, in quo Vrbs condita, denso nemore obsitus, ardua ac difficilia tesqua non sine horrore intuentibus exhibuit. Quo majori admiratione dignum est, omnem hanc vastitatem in amoenum cultum brevisſimo tempore abiisſe, atque vt Saliani verbis vtar, Civitatem innemorosis montium ſcopulis inter vmbrosa ferarum spelaea conditam, decem annorum curriculo moenibus, aggeribus et fosſis contra hostium impetum cinctam, tam praeclaris domorum aedificiis exstructam sapienti senatu et plebiscitis civilibus ornatam, tanta denique hominum multitudine coaluisse.

nostra inculti mansissent tempora, nisi sub finem seculi p. Chr. n. decimi quinti divitiarum fames plura hominum millia huc ire stimulaverit, qui metallorum detegendorum causa saxa nostra tam felici successu tentare atque recludere sint ausi, vt larga venarum ferrum, stannum, cobaltum et argentum potissimum gignentium copia brevi detegeretur. Hicce vero hominum numerus in regiones nostras confluens, vt quasi ex variis elementis in vnum congregaretur corpus, condendae vrbis nostrae occasionem praebuit causamque attulit Georgio (n.) Duci, qui, Alberto patre bellica expeditione in Frisios occupato, provinciam tum temporis rexit, montanisque vicarii nomine praefuit regionibus; donec illo anno MD. in Frisiis mortuo Annaeberga quoque in iis fuit vrbibus, quae ei haereditario jure obvenerunt. Et quum Georgio cum plerisque Saxoniae principibus commune fuerit, artium liberalium veraeque ac solidioris eruditionis fautorem haud vulgarem non haberi solum velle, sed re vera esse, hac ratione factum est, vt cum divitiis artes etiam atque literae incunabula Annaemontana circumstarent. Brevi enim post vrbem conditam scholae (o) quoque

(n.) De hac vrbis nostrae fundatione in Alberti Saxonis historia, (cf: Wilischii incunabula scholae Annaebergensis pag. 3.), ita scribit Georgius Fabricius:

Illius (Georgii) auspiciis primum caput extulit altum
Urbs in Sudeto dives et ampla solo,
In pede Peliaci quae nunc jacet inclyta montis,
Fossus vbi argenti messe nitescit ager.

(o.) De hujus scholae initiis, progressu et incrementis anno MDLXXXIX. Annales componere incepit P. Jenisius, ὁ πάνυ, qui manu ipsius auctoris scripti in bibliotheca nostra scholastica asservantur; ex quo albo manu scripto rector quondam Scholae illustrissimus, M. Christianus Fridericus Wilisch, libello suo Annaebergae apud Joh. Vict. Richterum MDCCXII. typis exscripto, cui titulus est: I n c u n a b u l a s c h o l a e A n n a b e r g e n s i s, i n q u e e a p u b l i c e a b v. c. D o c e n t i u m r e c e n s i o etc. plura verbotenus intexuit. Atque in hocce Wilischii libello egre-

Annaemontanae fundamenta esse posita, non solum ex eo colligendum videtur, quod Andreas Weidnerus, anno vrbis vicesimo, a nato videlicet Christo MDXVI. defunctus, tertius ex iis, qui scholam gubernarunt, in monumento commemorabatur, quod ejus in honorem in templo nostro olim erectum (p) fuit, sed multo clarius inde patet, quod Joh. Pfeffingerus, qui MCCCCXCIX. Annabergam venit, primus postea evangelicae confessioni addictus Lipsiensium ephorus, e numero primorum scholae Annaemontanae discipulorum (q) fuisse perhibetur. Fieri potuit,

gio inter alia notatu dignissima pag. 105 haec quoque leguntur: „A. C. 1552 Phil. Melanchthon ex colloquio Ratis„bonensi revertens scholam lustravit, atque docentium pa„riter ac coetus scholastici nomine humaniter a puero grae„cis aliquot versiculis exceptus, ad comites conversus, joco, „vicit me puer, inquit. Hinc examen instituens, pri„mam hanc quaestionem proposuisse traditur: ἐν ἀρχῇ „ἦν ὁ λόγος. Homeri quoque lectionem vt nimis in „hujusmodi Scholis ambitiosam, nec satis ad adolescentu„lorum captum idoneam improbavit."

(p.) cf. hac de re Wilischii incunabula etc. p. 5. et 18. in quo quidem altero loco haec verba leguntur:
M. Andreas Weidnerus, Salignius quoque dictus, Staffelsteinius a. C. 1510. Rectoris Spartam ingreditur, mortuus Augusto mense a. C. 1516. (quo nVsqVaM tVta fIDes,) prout ex monumento, quod in templo Cathedrali olim erectum fuisse dicitur, constat, cui hi versus inscripti:

Andreas recubat sub rupe Salignius ista
  Staffelsteina satus qui prope rura fuit.
Tertius hac quondam Ludi praefectus in vrbe,
  Sed qui consumtus morte fecundus erat.
Opta illi requiem tranquillam, chare Viator,
  Et Tibi post mortem detur vt alma quies!

„Anno Incarnationis Domini 1516. obiit Venerabilis Domi„nus Weidner de Schwate, tertia post Laurentii."

(q.) In Wilischii libello excitato p. 17. haec notae loco addita invenies:
Inter primos hujus scholae discipulos fuit sine dubio D. Joh. Pfeffinger, erster Evangelischer Superintendens zu Leipzig, der Anno 1499 nach Annaberg kam, vnd daselbst eine Zeitlang in die Schule ging — ita de eo der

vt quoque Myconius cum Pfeffingero in vrbe nostra aliquantisper sodalitate scholastica fuerit conjunctus, quum vero hac de re nihil scripti reliquum sit, vt incompertum in medio reliquendum censeo.

Eo certius autem quum hoc et ab aliis vitae Myconii narratoribus fide dignis, et ab ipso Myconio traditum sit, (r) contendere nobis licet, eum per sex an-

neubestellte Agente von Haus aus, Fonction III Depesche XI. p. 958 et 959. ita: von ihm ist merkwürdig, dass als er noch zu Annaberg die Schule besuchet, er auch des Nachts bey Mondenschein seine Lectiones gelernet, und darüber in gefährliche Leibes-Schwachheit ist gerathen, welche aber darzu gedienet, dass er nicht in ein Closter gestecket worden, sondern in der Schule die Jugend zu unterrichten sich gebrauchen lassen.

(r.) D. Antonii Probi, Superint. Generalis Vinariensis oratio in Myconii memoriam Vinariae 1596 latine die XXI Maji habita atque in Junkeri Myconio Redivivo germanice versa p. 13.

Sagittarii Hist. Gothana p. 168.

Bosseckius l. c. p. VI. nec non Myconii Epist. ad Eberum jam excitata.

Hist. Reformat. ex Autographo Myconii, Spalatini Annalibus Reformationis annexo, pag. 50; qui quidem Spalatini Annales cum Autographo Myconii leguntur in Tomo secundo Historiae Reform. a Tentzelio conscriptae, quae tertio Lipsiae apud Joh. Lud. Gleditsch et Maurit. Georg. Weidmannum 1718 prodiit atque ita inscripta est:

Wilh. Ernst Tentzels Historiographi Saxonici Historischer Bericht vom Anfange und ersten Fortgange der Reform. Lutheri, zur Erlaeuterung des Herrn v. Seckendorf Historie des Lutherthums, mit grossem Fleiss erstattet etc. von D. Ernst Salomon Cyprian, Consistorial- vnd Kirchen-Rathe zu Gotha etc. Verba vero ipsius Myconii in ejus Historia Reformationis pag. 50. haec sunt:

„In Joachimsthal (lehrten zuerst das Evangelium) M. Simon Aw, mein Schulmeister etwa aufm Annaberg, M. N. ein Prediger-Mönch, den Herzog Jörg a°o 1523. von Annaberg vertrieb, vnd M. Johannes Ering; der Herzog Jörgen Caplan und Hofprediger viel Jahr gewest; den er um's Evangelium willen von sich trieb." — Atque hac brevi Myconii de Aw relatione expleri forsan potest locus, quem in Catalogo Rectorum Annaemontanorum Wi-

nos, vsque ad annum MDX ſcholam noſtram frequentaſſe, atque hic inprimis M. Simonem Aw, et Andream Staffelſteinium habuiſſe ac veneratum eſſe praeceptores. Maximopere dolendum, de ratione, qua ſub horum praeceptorum auſpiciis in Muſarum delubra deductus ſit, nil memoriae eſſe proditum. Sed quum ſemper e numero eorum fuerit, qui laborem et periculum praeferre ſoleant inertiae et quieti, quumque etiam, quod ſtatim enarrabitur, a Tecelii comitibus tanquam optimae ſpei juvenis ſit exceptus, pro certo exiſtimari licebit, profectus, quos in literarum ſtudio fecerit, haud vulgares fuiſſe. Haec inter nec animi aeternam neglexit ſalutem; et quum ſub illud tempus Annabergam quoque veniſſet Joannes ille Tecelius, atque per integrum ibi biennium ſumma cum vaniloquentia nil niſi indulgentiarum virtutem crepuiſſet, appendix literis indulgentiarum papalium annexa: pauperibus dentur gratis propter deum! in cauſa fuit, cur anno jam dicto MDX memoratu digniſſima rerum Myconianarum facta ſit mutatio, (f.) qua vtpote exemplo luculentiſſimo aeque

liſchius p. 17. libelli excitati primi inter et tertii Rectoris nomina vacuum reliquit, licet et quartus Annaemontanae ſcholae Rector M. Behm non ſolum Simonis praenomine aeque atque Aw vſus ſit, ſed etiam teſte Mattheſio circa annum 1528. in Valle Joachimica evangelium docuerit (cf. Wiliſch p. 19. l. c.). Nam quum hicce M. Simon Behm anno demum Chriſti 1516. aut certe initio ſequentis Viteberga Annaemontium ſit arceſſitus, vt Weidnero (Salignio) in regenda Schola noſtra ſuccederet, nullo alio modo a Myconio ſub nomine Aw, (forſan per notas nec ſatis perſpicue ſcripto, nam ex Bhm facile fieri potuiſſet Aw,) in praeceptorum ſuorum Annaebergenſium numero potuiſſet referri, niſi ſumi liceret, Behmium illum jam ante annum 1510. per aliquod tempus Annaemontii vixiſſe, et privatis ibi lectionibus Myconium inſtituiſſe; quae tamen res certis hiſtoriae teſtimoniis prorſus deſtituitur.

(f.) Copioſius hac de re actum eſt in Seckend. Comment. de Lutheraniſmo Lib. I. Sect: 45. § CX. p. 179 ſqq. Atque Myconius ipſe in Autographo ſupra excitato, (apud Tent-

ac pluries et priori et posteriori aevo comprobatum est, ſaepius fieri ſolere, ut juvenes egregii a praeceptoribus suis aliisque male habiti, et injuria quadam affecti vires primum ſuas alia, quam antea conſueta ratione tentare atque experiri inceperint. Quum enim Myconii preces, quibus a Tecelio, homine in omnem arrogantiam composito, petierat, vt exemplum diplomatis papalis indulgentias annunciantis ipſi, paupertatis ſuae causa, ex promiſſo et mandato Pontificis gratis daretur propter deum, repulsam tuliſſent, ad deum ipſum se convertit; atque hoc modo factum,

zelium in Hist. Ref. ed. Cypr. Tom II) de vaniloquentia indulgentiarum nundinatoris p. 14. ſq.) haec enarravit.
„Um dieselbe Zeit war ein Prediger-Mönch, Johannes „Tetzel genannt, der groſse Clamant, Commiſſarius und „Ablaſs-Prediger in Germania. Er erpredigt unzählig viel „Gelds, dos er alles gen Rom schikt', in Teutschland, vnd „ſonderlich auf dem neuen Bergwerck, St. Annaberg, da „ich Friedrich Mecum ihn ſelbst 2 Jahre gehöret, ward „trefflich groſs Geld erlangt. Unglaublich ist, was dieser „ungelert und unverschaemt Mönch durfft fürgeben. Er „sagt, wenn einer Christo bey seiner lieben Mutter geschlaf-„fen hätte, und legte nur Geld in's Pabsts Ablaſs-Kasten, „ſo haette doch der Pabst diese Gewalt im Himmel und Er-„den, daſs er's vergebeu kunt, vnd wenn er's vergebe, ſo „müſſe es Gott auch vergeben. Item, wenn sie flugs ein-„legten, und Gnad und Ablaſs löseten, ſo würden alle Berge „um St. Annaberg eitel gediegen Silber werden. Item, „so bald nur der Groſchen im Becken klüng, führe die „Seel, für die man einlegt, von Mund auf gen Himmel. „Also ein groſs Ding war sein Ablaſs! In Summa: un-„ser Herr Gott war nimmer Gott, haette alle göttlich Ge-„walt dem Pabst gegeben: tu es Petrus, tibi dabo claves, „quodcunque ligaveritis etc: Do muſst Petrus und Petra, „clavis und solvere alles eitel Pabst ſeyn und heiſſen: und „do waren Ketzermeister, wer ein Wort dawider redet, „den verbannten und verbrannten sie. Und war der Ab-„laſs so hoch geehrt, daſs wenn man den Commiſſarium „in eine Stadt einführt, ſo trug man die Bulla auf einem „Sammet oder gülden Tuch daher, und gingen alle Prie-„ster, Mönch, der Rath, Schulmeister, Schüler, Mann, „Weib, Jungfrauen und Kinder mit Fahnen und Ker-„zen, mit Gesang und Proceſſion entgegen. Da laeutet „man alle Glocken, ſchlug alle Orgel, begleitet ihn in die „Kirchen, richtet ein roth Creutz mitten in der Kirchen „auf, do hengt man des Pabsts Panier an etc. und in Sum-„ma: man haette nicht wohl Gott ſelbst schoener empfahen „und halten können.

vt pia illa certamina in ejus animo tum temporis oborta eundem tandem, quem apud Lutherum habuerint exitum. Cepit nimirum et nòster eodem, quo Lutherus animo, quum ſecretum illud Monasteriorum, ſanctitatis quandam prae ſe ferat ſpeciem, cui resistere vix poſsis, quumque hac de causa coenobiorum ſeceſsus tum temporis unicum videretur piorum animorum refugium, vitae monasticae eligendae consilium; atque hanc viam ingreſsus mundoque in perpetuum valedicturus, pedetentim — ita divina moderante providentia, ut monachorum e latebris eo clarius emergeret egregium ejus ingenium, — per varios casus rerumque diſcrimina graviſsima ad veritatis evangelicae eximiam pervenit cognitionem, quam quantum licuit inde a vigesimo ſexto aetatis anno indefeſso amplexus atque tuitus est studio. Notatu digniſsima ſunt, quae hac de re ipſe in epistola repetitis vicibus excitata ad Theologiae Profeſsorem Circulique Vitebergensis tum temporis ephorum, D. Paulum Eberum, qui in numero praecipuorum Melanchthonis diſcipulorum fuit, die XXI. Februarii MDXLVI., ergo brevi ante obitum ſuum, ſcripſit; qua quidem de causa ipſius Myconii verba, ſicuti hasce literas in Jenisii Annalibus (t.) aſſervatas inveni, cum lectoribus harum rerum cupidis communicanda censui.

„Insignis ille depredicator indulgentiarum Romani Pontificis, Johannes Dezel, ordinis Dominicanorum, per totum biennium in nova illa civitate Annaeberga dementabat populum, ita vt persuasum esset tandem omnibus, nullam esſe aliam viam conſe-

(t.) Annaebergae liber ſecundus, quo Annales continentur, p. 4 ſqq. Praecipua hujus epistolae pars germanice verſa legitur in Lutheri op. Tom. V. Edit. Walch. p. 447 — 455. et in libello: 1782. Fribergae a Pastore Mittelsaydens. M. Mudre de Friderico Myconio ſub titulo edito: Friedrich Myconius, ein Fragment aus der Reformationsgeschichte etc.

„quendi remissionem peccatorum et vitam aeternam, „quam satisfactionem per nostra opera, quam tamen „docebat impossibilem esse, sed hanc solam restare vi„am, si eam redimeremus nummis a Romano Ponti„fice, et sic emeremus nobis indulgentias papales, „quas definiebat esse remissionem peccatorum et cer„tum ingressum vitae aeternae. Stupenda et paene in„credibilia possem enarrare, quae hoc biennio, (nam „quotidie concionabatur,) audierim. Quem „ego adeo attente audiebam, vt possem „deinde aliis integras conciones, imi„tando etiam gestus et pronunciationem, „denarrare, non quidem ludendo, sed se„rio. Credebam enim haec prorsus esse oracula Dei, „et quicquid a Papa mitteretur, ab ipso Christo ad nos „pervenire. Tandem eodem anno circa Pentecostem „minatur, se depositurum crucem, clausurum apertas „coeli januas, neque futurum, ut vita aeterna et remis„sio peccatorum posthac tam vili pretio haberi pos„sent: neque spem esse, quod tanta liberalitas Roma„nae sedis in Germaniam vnquam dum staret mundus, „esset reditura, hortabatur vt haberet quisque suae et „suorum mortuorum animae salutis rationem, — „nunc esse diem salutis, nunc tempus ac„ceptabile. (Ach verseume ja niemand „seiner Seelen Seligkeit!)

„Nisi enim habueris literas Papae, a multis pec„catis et casibus reservatis non poteris a quopiam ab„solvi. Affigebantur publice valvis et parietibus tem„plorum literae impressae, in quibus mandabatur, vt „in significationem gratiarum actionis alicujus pro de„votione populi Germanici literae indulgentiales et „plenaria illa potestas, non tanto auro, quanto in „principio, sed minori pretio venderentur. Et in fi„ne erat adjunctum inferiori spatio, pauperibus

„dentur gratis propter deum. Hinc oritur mihi „actio cum commissariis illis indulgentiarum, sed certe agente, excitante et urgente me Spiritu sancto, „quod tamen nec ipse tum intelligebam, quid agerem.

„Docuerat me pater meus adhuc puerum et infantem (u.) Decalogi verba, „Orationem Dominicam, et Symbolum, „et cogebat me frequenter orare. A solo „enim Deo nobis esse omnia, et illum „nos gubernaturum si diligenter orarem, „persuadebat. Item sanguinem Christi „esse pretium pro peccatis mundi et cuilibet Christiano esse necessariam hanc „fidem: quod si tres tantum homines sperent, se per Christum salvari, tamen certissime statuendum, se esse vnum ex illis tribus, et contumeliam esse in sanguinem Christi de hac re dubitare. Indulgentias papales esse retia, quibus caperetur pecunia simplicium, certe remissionem peccatorum et vitam aeternam „non posse emi pecunia, sed offendi sacerdotes si ista dicerentur. Verum quia „ego in concionibus nihil nisi laudes indulgentiarum, „gratiae autem Christi et satisfactionis ejus pro peccatis mundi nullam mentionem fieri audiebam, eos „fieri tantum mortis Christi participes existimabam, „qui vel bonis operibus meruissent, vel emissent pecunia. Manebam in tenebris, vtrum magis sacerdotibus aut patri crederem dubius, plus tamen credebam sacerdotibus. Sed hoc vnum admittebam, „remissionem peccatorum impetrari non posse, aut

(u.) Hac Myconii de patre suo relatione probatur quod supra de ratione, qua a parentibus nominatimque a patre educatus sit, commemoravimus.

„numerandam pecuniam, etiam ab iis, maxime qui „essent pauperes. Mire ergo placebat clausula in fi„ne literarum Papae: „Pauperibus dentur gra„tis propter Deum. Cumque post triduum de„ponenda esset solenniter crux et dejiciendi gra„dus illi et scalae ad coelum, vehementer me vrge„bat spiritus, ut adirem commissarium et pe„terem literas illas de remissione peccatorum gra„tuita pro pauperibus et allegarem, me peccato„rem esse et pauperem, indigere gratuita remis„sione et participatione meritorum Christi. Altera „die circa vesperam in domo Joannis Pflogs (v.), vbi „cum confessoribus et turba erat Detzelius, adii tur„bam illam, et oratione latina precabar, vt juxta man„datum in literis daretur mihi pauperi jus petendi ab-

(v.) Huncce Pflockium, secundum alios Flogkium, Richterus in Chronicis Laurentium praenomine vocat et p. 202 sq. Tom. II. Cap. XV., haec de eo enarrat:

„Lorentz Pflock, alii Flogk. Anno 1502. zog er hieher „zur Stadt, ein verständiger Mann, als aber kurz her„nach sein Weib ihm folgte, vnd auf einer Gutsche 1508. „ueber Fronau daher fuhre, dauchtete sie die Erde er„schütterte, und da nicht über lang gedachter ihr Mann „aus einer Zeche in derselben Gegend überaus reiche „Ausbeute hube, so hielt er gedachtes Erschüttern vor „ein gutes Zeichen solches fündigen Bergwercks, und „liess Gott zu Ehren und aus Danckbarkeit, mitten in „diesem Dorfe Fronau eine Capelle und einen Altar auf „seine eigene Kosten erbauen und weyhen, und alle Mor„gen um 4 Uhr den Bergleuten eine Messe, ehe sie ein„fuhren, darinnen halten. Er war also ein reicher Fund„grübner, und auch sogar Herzog Georgens Gevatter. „Anno 1510., am Himmelfahrts-Abende, borgte Simon „von Maltitz, zu Dippoldiswalde gesessen, von diesem „Lorentz Pflock 1000 fl. laut der Verschreibung, deren „Verzinssung Churfürst Augustus bey Erkaufung Dippol„diswalde 1569 mit übernommen. Hier in Annaberg „bauete er das Hauss, darinnen Jacob Utmann hernach „gewohnet, und jetzo (1748) Herr Bergmeister Schind„lers Erben Hauss, ingleichen bauete er das Hauss auf „der Closter-Gasse, so jetzo der Gasthof zur goldnen „Ganss heist. Er starb, nachdem er 13. J. im Rath gewe„sen, 1521. Sonntags nach Bartholomaei, und liegt in

„solutionem a peccatis omnibus gratis propter „Deum etiam nullo casu reservato, et hujus concessionis testimoniales literas Papae. Ibi admirati sa„cerdotes orationem latinam, quod tunc rarum „erat apud pueros, subito ingrediuntur ex hypo„causto cubile ad commissarium Detzelium, propo„nunt ei quid velim, etiam pro me intercedunt, vt „daret literas gratis. Tandem post longam consulta„tionem redeunt respondentes: Mi fili, tuam petitio„nem diligenter proposuimus Domino commissario, „qui fatetur, se libentissime velle dare locum petitioni „tuae, sed se non posse, etiamsi vellet, tamen illa con„cessio esset cassa et nulla, quia significavit nobis, „quod hae literae papales signanter haberent expres„sum, eos vere capaces et participes futuros istarum „largissimarum indulgentiarum, qui manum porrige„rent adjutricem, id est, qui nummos darent. Sed „ego contra ex prostantibus literis ad valvas templi „eos docui, eundem sanctissimum Papam mandasse, „vt pauperibus gratis condonarentur pro„pter Deum, et esse adscriptum ad mandatum „Domini Papae proprium. Iterum ingredi„untur ad superbissimum monachum, et eum orant, „vt meae petitioni annueret, qui essem adolescens „ingeniosus et facundus, atque adeo dig„nus, in quem aliquid beneficii prae cae„teris collocaret. Sed redeunt cum responso „de manu adjutrice, quae sola esset capax in„dulgentiarum. Ibi vero ego etiam insto quod inju„rii essent in me pauperem, quem et Deus et Ponti„fex nollent exclusum a gratia, ipsi me propter pau„culos numulos rejicerent, quos non habebam. Ibi „tandem fit conventio, vt vel aliquid darem, vel ne „abesset manus adjutrix vnum grossum darem.

„der Haupt-Kirchen allhier begraben. Er hatte zu dem „hiesigen Hospital 300 fl. legiret etc.“

„Respondeo, non habeo, pauper ſum: postremo, vt „tantum ſex nummos darem; respondeo iterum, ne „nummum quidem habeo. Secedebant illi et colloquebantur, ac de duabus rebus maxime eos ſollicitos „esſe audiebam; primo, me nullo modo dimittendum „ſine literis, ne, ſi forte res esſet ab aliis ſubornata, „aliquid in me Tragoediae excitaretur, cum literae „vere hanc clausulam continerent: pauperibus „gratis: deinde aliquid certe a me accipiendum, ne „alii audientes literas has indulgentiarum gratis dari, „tota turba scholae et mendicorum obrueret eos, vo„lentes ſinguli habere gratuitas indulgentias. Finito „consilio (w) acceditur rursus ad me, et offert mihi „quidam ſex nummos, vt illos darem commisſario et „ſic esſem constructor aedis Petri Romae et oppresſor „Turcarum, particeps gratiae Christi et indulgentia„arum. Sed ibi motu quodam Spiritus ingenue dixi, „me, ſi vellem emptas indulgentias, vel divendito ali„quo libro meo argento emere posſe. Sed vellem

(w.) Quanam arte in eiusmodi nodis ſolvendis Italorum potisſimum Clerici adhuc vti soleant, ipſe ante biennium sum expertus, quum Italam mihi cognatam, eandemque ſumma valetudinis infirmitate laborantem, hospitaliter excepisſem. Misſis enim in patriam literis haec misera, cujus memoriam nulla nobis delebit dies, inter alia questa erat, ſe hisce in regionibus Clericum catholicum non invenisſe, cui ſermone patrio peccata ſua confiteri posſet, atque huic illius epistolae a Clerico quodam Italico nomine matris haec rescripta ſunt: Mi affige, che vi troviate in paesi non Catolici, ma io del continuo prego il ſignore Iddio, che vi ajuti in ogni voſtro si spirituale che corporale bisogno, e spero anzi vivo sicura che mi vorra esaudire. Ricordatevi dunque che siete Catolica, e che avete un' anima da salvare. Non vi lasciate mai ſedurre ad abbracciare per qualunque costo alcun altra religione. So, che vi dispiace, di non avere alcun ſacerdote Catolico, che sia perito di lingua italiana, onde vi potesſe asſistere nè vostri spirituali bisogni: ma questo non è poi esſenzialmente necesſario per ſalvarvi; un atto di perfetta contrizione col desiderio di confesſarvi basta per ſarvi ottenere dal Signore il perdono d'ogni vostra colpa.

„gratis et propter Deum, aut ipsi redderent rationem Deo de neglecta animae salute propter sex „nummos, quam tamen Deus et papa vellent participem fieri remissionis peccatorum, quam nobis Christus meruit et impertivit, sed tamen credebam illam „totam commissam esse Romano pontifici distribuendam pro meritis singulorum sed pauperibus gratis. Quaerunt tandem, a quonam essem huc submissus? Ego hoc respondi, quod verissimum erat, „a nullo prorsus homine vel monitore vel impulsore „imo neque consultore, sed me vnum sine consilio „vllius hominis sola fiducia gratuitae remissionis in literis promissae fretum istam petitionem „instituisse. Neque mihi vnquam cum tantis viris talem fuisse congressum, essem enim natura verecundus, et nisi sitis gratiae Dei et remissionis peccatorum „coëgissent, non fueram aliquid magni accepturus, vt „ad talem coetum me jungerem. Iterum promittuntur literae emptae sex nummis meo loco, et mihi „gratis donatae. Sed volui ab eo, qui haberet loco „Papae authoritatem donandi gratis peccata, gratuitam peccatorum meorum remissionem, „aut rem committere Deo. Sic dimittor et tristabantur sacri fures. Sed ego partim dolebam, nullas mihi obtigisse „literas, partim gaudebam, quod adhuc aliquis esset in „coelo Deus, qui vellet peccata etiam pro nullo pretio „aut pecunia remittere poenitentibus juxta illud, quod „saepe cantaveram: vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris etc. Domine Deus, „tu nosti, quod hic nihil mentior, totus enim adhuc „eram in densissimis tenebris, et tamen tum digredior „ab illis. Ita commovit Spiritus totum cor et corpus „meum, Spiritus ille tuus illustrator et vivificator, „consolator et renovator. Et totus in lachrimas in „redeundo ad hospitium volutor et orabam, vt quia „illi mihi negarent gratiam, propter defectum pecuniae, tu mei misertus gratia tua remitteres mihi pec-

„cata, esſes mihi propitius Deus et tu me abſolveres.
„Redeo ſic ad hospitium et ingredior cubile, et imagi-
„nem Christi crucifixi, quam ſemper in mensa musei
„mei habebam, accepi, et posui ſuper ſcamnum, et
„coram illa me prostravi in terram. Scribere hic non
„posſum, ſed ſentire tunc potui spiritum gratiae et
„precum, quem tu Domine, Deus meus, in me effunde-
„bas. Erat autem ſumma, quod orabam, tu mihi pa-
„ter esſes, tu mihi remitteres peccata. Ego me to-
„tum tibi dederam, ut de me faceres quicquid velles,
„cumque illi mihi ſine pecunia nolebant esſe gratiosi,
„tu mihi gratiosus Deus et Pater esſes. Sentiebam to-
„tam naturam meam immutari, et taedebat me jam
„omnium rerum mundi, etiam hujus vitae satur esſe
„videbar, una cupiebam cum Deo vivere, ita ut place-
„rem illi. Sed quis hic me doceret quomodo? aut
„per quem certo conſequerer remisſionem peccato-
„rum? Verbum, vità et lux hominum erant per totum
„orbem ſepulta in densisſimis tenebris humanarum et
„stultisſimarum traditionum. De Christo aut altisſi-
„mum ſilentium, aut proponebatur durisſimus judex,
„quem vix mater et omnes ſancti in coelis ſanguineis
„lacrymis placare posſent, ita tamen, ut poenitentem
„pro quolibet peccato mortali ad ſeptennales poenas
„purgatorii, nihil differentes ab inferno, nisi quod
„non esſent aeternae, protruderet. Tamen spem mi-
„hi ſuggerebat Spiritus, futurum, ut Deus mihi vellet
„propitius esſe. Ergo aliquot dies deliberavi de ra-
„tione mutandi status vitae. Videbam peccata mundi
„et totius generis humani, quae nemini non erant ob
„oculos posita, videbam et peccata mea multa et mag-
„na nimis valde. Audieram autem de occulta et mag-
„na ſanctitate et innocentisſima vita monachorum, quo-
„modo Deo dies noctesque ſervirent abſtracti ab omni
„corruptione ſeculi, et ſobrie, juste et caste viverent,
„misſantes, pſallentes, jejunantes et orantes. Vide-

„ram etiam ſpeciem illius vitae, quam non intellige-
„bam ſummam hypocriſin et idololatriam esſe. Quid
„hic dicam Domine, Deus meus? biduo aut triduo
„jam te mihi propitium factum orabam, ut hoc conſili-
„um gubernares. Significo deinde praeceptori meo,
„Andreae Staffelstein, ſupremo gubernatori ſcholae
„Annaebergensis, et in tanta re ejus consilium imploro.
„Ille statim consulit et ſuadet, ut ingrederer monasterium
„Franciscanorum (x) a novo tum istic aedificari coe-
„ptum, et ne permulta mora consilium meum immu-
„taret, ſtatim mecum ingreditur ad monachos, lau-
„dat ingenium, laudat pietatem, et me ſemper unum ha-
„buisſe, in quo ſpem haberet vere pii hominis. Ego
„rem etiam ad parentes, quibus adhuc ſuperstitibus eram
„unicus filius et haeres, referri cupiebam. Sed illi do-
„cent ex ſententia Hieronymi, prostratum patrem
„et jacentem matrem conculcatos pedibus
„contemnere, et fugere ad crucem Chri-
„sti; item, nemo mittens manum ad ara-
„trum et aspiciens, aptus est ad regnum
„Dei — Dieses musſt alles zwingen, dringen und ge-
„bieten, daſs man Moench würde. Taceo hic infi-
„nitos laqueos, quibus conſcientiam meam constrin-
„gebant, neque futurum, ut in aeternum ſalvarer, ſi
„oblatâ gratiâ divinitus non statim uterer. Sed ego,
„qui etiam mori potius voluisſem, quam aut excide-
„re gratia Dei, aut carere ſalute aeterna, ſtatim fidem
„dedi, me intra triduum rediturum et incepturum, ut
„vocant, probationis tempus, hoc est, vellem fieri
„monachus devotus, probus, per omnia religiosus.

„Anno Domini 1510., proxima die ante
„festum divisionis Apostolorum, quae fu-
„it XIV. Julii, hora ſecunda post meridi-

(x) De hoc Franciscanorum coenobio, a Georgio duce exſtructo, plura leguntur in Jenisii Hist. Annaberg. p. 38. et in Richteri Chronicis Tom: I p. 49.

„em, comitatus praeceptore meo et aliquot condisci-„pulis paucis, et aliquot devotisſimis matronis, qui-„bus ad portam dixi causas, cur ingrederer monasteri-„um, videlicet ut ſervirem Deo et illi in aeternum „placerem, et quantum posſem abstinerem a peccatis „omnibus ac viverem in poenitentia. Deinde dixi il-„lis vale, qui omnes cum lacrymis mihi benedictio-„nem domini precabantur, ſicque ingredior „monasterium. Tu Domine nosti, quod haec „vera ſunt, neque otium quaerebam, neque ventri ſer-„vire (volui,) neque florêre ſpecie aliqua ſanctitatis, „ſed tibi placêre, tibi ſervire, ſic palpitabam in tene-„bris densisſimis. Primo monachi me ducebant ad re-„fectorium donec vespere pulsibus daretur ſignum. „Deinde deducebar ad chorum et ad pſalmodiam, po-„stea ad cellam quandam novam, in qua stratum no-„vum erat de straminibus et pulvillis ex abrasuris pan-„norum laneorum. Post coenam iterum eo reducor, „et ut in vestibus dormirem praecipiebant. Ego vero, „qui me ſervituti tuae, Domine Deus, dedicaveram, eti-„am volebam in nuda humo et ſuper lapide dormire. „Sed illi prohibebant, dicentes, mihi diu ſerviendum „esſe Domino. Post completorium, ubi ſinguli ſe „ad ſua stramina composuisſent, ego per horam pro-„stratus in genua, commendabam anxia oratione hoc „meum novum institutum tibi Domino, Deo meo, te „hujus rei inceptorem futurum, te orabam esſe guber-„natorem, te mihi constituebam praelatum et sum-„mum praepositum; tu me dirigeres, ne quid deſig-„narem contra gloriam nominis tui et animae meae ſa-„lutem. Tandem me ſimul cum indusio laneo et tu-„nica ſeculari componebam in lectulum dormiturus, „et oro orationem dominicam atque ſic obdormisco. „Agebam, ut ſupra dixi, annum aetatis XX. neque „videram regulam aut instituta monachorum, neque „audieram, quae esſet illa nova vivendi ratio, ſed ex-

„spectabam, ut post me illam monachi docerent, quod „et egregie fecerunt, ſepelientes me in tenebris den„sisſimis. Ubi obdormio, aut dormiens vere vigilo, „video me pervenisſe in eremum vastisſi„mam, ubi nihil erat nisi perpetua vastitas et con„tigui scopuli petrae acutisſimae et tales, quales pingi „aut ſculpi ſolent, sub imagine Christi crucifixi, aut „quales ſunt circa arcem Stolpen in Misnia. Ita vi„debatur mihi totus mundus nihil aliud esſe, quam „petrosum desertum; in hoc misere errans devene„ram ſine ullo comite aut ductore. Nulla hic erat vi„rens arbor, nullum virgultum, nulla herba aut gra„men, ſed erat ipſisſimá vastitas et exitiosa ſolitudo. „Ibi quaerebam exitum, ut rursus redirem ad locum „cultum, ubi vel homines vel bestiae morarentur. Nam „ibi nihil tutius erat, ſed vastitas immensa, ubi aliquan„diu per ſcopulos repto, nunc aſcendens, nunc deſcen„dens, nunc huc, nunc illuc. Tandem fesſus desperare in„cipio, me nunquam evadere posſe ex vastitate pror„sus in omnem orbem et in infinitum extensa. Vi„debam â longe ſcopulum caeteris eminentiorem, et „suggerebat mihi ſpiritus, ut illuc reptarem et aſcen„derem ac circumspectarem, an alicubi viderem vel „fumum vel vaporem, vel ſigna aliqua campi vel „stagnorum. Etiam haec cum maxima difficultate ten„to, conſcendens circumspicio, ſed in tota creatura „et rerum natura nihil erat, quam talium ſcopulorum „perpetua quaedam et indeterminabilis vastitas. Ibi „tum despondi animum et deſperavi, certisſime vi„dens, mihi ſic periclitandum et moriendum esſe. „Deſcendo iterum cum incredibili tristitia, gemitu ac „dolore, o Deus, Deus meus, quis ista dicere potest? „Dum cogito, me, ut in aeternum viverem, creatum es„ſe, et tamen ſic misere mihi pereundum; accesſit ad „lasſitudinem etiam fames ac ſitis (ut ſentiebam) cor„poralis. Nam aliquot diebus et noctibus videbar mi-

„hi fuisse in hac errandi et reptandi in scopulis angu-
„stia. Ubi descendi, deliberabam brevibus, quid mi-
„hi esset faciendum, breviter res ipsa cogebat conclu-
„dere consilium, commendandam esse animam me-
„am Christo, et in manus Dei patris, et moriendum:
„neque enim ambulare, nec stare ultra prae lassitudine
„poteram. Circumspicio ergo et video sub petra an-
„gulum, quo me compono et sedeo, et caput et utra-
„que latera illuc reclino; jam manus extendebam, et
„oculos ad coelum levabam, anxie commendans Spi-
„ritum meum in manus Dei Patris. Et dum ita sedeo,
„exspectans voluntatem Domini, ecce! audio quasi ve-
„stigia procul ambulantis et accedentis hominis, dum-
„que arrectis auribus intentus sum, an quisquam veni-
„at, accedit ad me vir quidam mediocri statura, fron-
„te serena, sed calva, capillus et barba, quam habebat
„prolixam, ad castaneae nucis colorem inclinabat,
„erant aspersi cani capilli, vestitus erat interius brevi-
„or viridis tunica, foris amictus rubra chlamyde, cum
„nodo in scapula sinistra. Ego statim vidi, divum Pau-
„lum esse, sicut illum pingi videram inter Apostolos.
„Is me interrogat dicens: Tu quid agis? Cui ego:
„deductus sum in eremum, neque scio a quo aut quo
„modo, Unum scio, adeo confectus sum reptando et
„me eripiendo, sed dum labore, fame, siti, ac dolore
„conficior, despero de evasione, quia video hanc ere-
„mum in infinitum porrectam: ideo me hic ad mori-
„endum compono, Deumque oro, ut mihi propitius
„peccatori animam meam suscipiat. Haec vix dicere
„potens dixi. Ille vero subito ad me accedit, manu
„dextra sinistram meam arripit, et in pedes statuit di-
„cens: Surge, et me comitare ac sequere,
„res tuae meliores erunt. Ah Domine Deus
„meus quam exhilarabar! Sed tremebat moribundum
„corpus, et incedere non potui. Ille vero me com-
„plectitur dextra, ita portans, ut vix pedetentim inter-

„angustias viarum ingredi possem: interdum ubi an-
„gustiae constrictiores erant, me totum portat. Am-
„bulamus parvum spatium et fit via nonnihil tritior et
„laetior, sed tamen adhuc nulla videbam humani pe-
„dis vestigia, adeo in interiora deserti aberraveram, in
„locum desertum et inaquosum. Procedimus adhuc
„paululum, et ecce! aperit se vallis amoenissima, et ap-
„paret pratum jucundissimum, ubi nescio an aliquid
„possit cogitari pulchrius, amoenius et jucundius Hae-
„rebant in gramine ex rore guttulae resplendentes ex
„sole vario colore, quasi stellae; florum et colorum
„erat tanta varietas, tanta fragrantia, ut nec tota di-
„es narrando sufficeret divinum ornatum et coelestem
„fragrantiam. Recreabar supra modum, et hic non-
„nihil requiescere cupiebam, sed divinus meus ductor
„urgebat me progredi. Devenimus in mediam val-
„lem, videbatur mihi autem esse circa decimam vel
„undecimam horam diei. Ibi demum audio susurrum
„defluentis rivuli, et subito video aquam vivam salien-
„tem non cum horrendo fragore, sed suavi susurro.
„Aspicio, erat autem aqua lucidissima et cristallina,
„fundus aspiciebatur, undique lapilli et arenae aurei
„coloris erant, nihil immundi crescebat in ripis, sed
„aut flores aut floridissima herba. Ibi procubui in ge-
„nua, videbam enim ideo mihi hunc coelestem ducto-
„rem missum, ut ad has aquas vitae me perduceret,
„parabam me ad hauriendam aquam manu, ut sitien-
„tem et moribundam recrearem animam, sed non per-
„mittit ductor: imo de fontis scaturigine ipse bibito;
„veni, inquit, simul me erigens. Ego autem ex a-
„spectu, susurro et aura refrigerante magis accendebar
„bibere, et metuebam, ne longe abesset fons et ego
„magis excruciarer. Tum hoc me consolabatur, quia
„tam fidelem ductorem nactus essem, si videret me
„deficere, facile permissurum, ut biberem, confide-
„bam — Procedimus paululum, et ecce! apparet nobis

„marmor albisſimum, rotundum, altitudine forte ſes-
„qui ulnarum, dumque accedimus, video ſolidum la-
„pidem ubi prorsus nullae erant juncturae, in rotun-
„dum excavatum. Interius erat foramen rotundum,
„unde fluvius ille quasi vi quadam erumpebat. Hic
„me ductor jubebat ex fonte bibere. Ego primo pro-
„cubui in genua, Deo gratias agens, postea erigo me
„manibus hausturus ex fonte potum. Sed dum aspi-
„cio, video imaginem Christi in ipſo fonte vice can-
„celli. Videbatur autem mihi esſe vivus Christus, et
„lignum, cui erat affixus, erat in quadrum affixum
„marmori, et ut esſet veluti fortisſima crates. Non
„ſupervacabat, ſed aqua eminebat ſupra crucem ad al-
„titudinem duarum aut forte ſesqui ulnarum. Dumque
„manibus jam haurire volo, video omnem illam abys-
„ſum aquarum, (inferius enim nullus erat finis pro-
„funditatis,) ſcaturire ex vulneribus crucifixi, mani-
„bus, pedibus, et latere, primo tanta rubigine, ut
„gemmae rubini obſcuri ſint ad illum lucidisſimum
„ruborem, et ſubito omnia in tantam claritatem muta-
„bantur, ut cristallina fierent. Ego vero dum haec
„video, ita reverentia quadam praesentisſimae divini-
„tatis in hoc fonte tangor et afficior, quod indignum
„me judicabam, vel guttulam attingere aquae ex cor-
„de filii Dei ſcaturientis, et cunctabar haurire, ſicut
„Petrus dicebat: exi a me Domine, homo pec-
„cator ſum. Et iterum procubui in genua. Ibi
„ductor meus dextera apprehendit pedem meum dex-
„trum, cui ſinister erat ſuppoſitus, et me in ipſum fon-
„tem praecipitat. Dominus, Deus meus, quid hic fie-
„bat in me? Nam capite contingebam pectus Christi
„et ſcaturiginem illius magni vulneris lateris, genibus
„et manibus contigi corpus crucifixi, cui nitebar, ne
„ſubmergerer, et prorsus fuisſem ſubmersus, nisi in
„hoc ſubvectus et affixus me ſustentasſes; ingredie-
„batur ſimul os meum, cor et corpus meum potus dul-

„cisſimus, vivificans omnia interiora et exteriora mea.
„Sed dum potu refrigeratus caput erigo, pudebat me,
„quod tantus peccator deberet inniti tali ſustentaculo,
„restitui potu, quo neque Angeli neque ulla creatura
„digni ſunt. Accipit me ductor meus et extrahit me
„de hoc fonte ſalutis et quaerit, an biberim? anne re-
„creatus ſim? ego vero gratias egi Deo, Patri Domini
„nostri Jesu Christi, pro hac ſua erga me extremum
„peccatorem clementia, fatebar, me indignum tanta
„bonitate, ſed tamen non audebam prae reverentia ob-
„jurgare illum, quod me ita praecipitasſet in fontem
„ſuper Christum crucifixum. Sic, inquit, ſcis, te non
„ex rivulo ſed ex fonte et fontis authore potasſe. Pau-
„lulum quiescimus illic ad fontem, jubet praecingam
„me, et ſe comitarer. Facio, praecingor, et jam am-
„bulare potui, nimium restitutus potu aquae vitae. Pro-
„gredimur juxta fluvium in prato illo amoenisſimo.
„Erat autem, ut mihi videtur, circa horam primam post-
„meridianam. Vix unam horam iter fecimus. Et
„ecce! apparet nobis campus maximus, longisſimus, la-
„tisſimus, quaſi rursus totus mundus esſet, campus ple-
„nus frugum, tritici et ſiliginis: Ibi, inquit, tibi nunc
„laborandum est et metendum. Ego vero reſpondi,
„me quidem nihil abhorrere ab ullo labore, imo odis-
„ſe otium, ſed me neque unquam tractasſe falcem, ne-
„que unum culmum aut manipulum posſe demetere.
„Reſpondit ille, doceberis, quod nescis, disces. Dum-
„que ad initium agrorum pervenimus ſtabat quidam
„mesſor, ita instructus falce et confortatis brachiis,
„qui ita instabat tanta instantia, quaſi ſolus vellet hunc
„infinitum campum demetere. Et certe una die mag-
„num ſpatium frugum depoſuerat falce. Huic, inquit
„ductor, adiunge te, ab illo disces et adiuvaberis. Et
„dum illum video virum gravem, justa aetate, erat
„ductori meo ſimilis, ita ut dubitarem an idem esſet,
„an duo. Quid multa? accipit falcem, et duos aut

„tres manipulos metit, ſimul ostendens, ſic mihi esſe „faciendum. Accedit etiam is, qui metebat, et me ſibi ſocium contigisſe gaudebat, commonstrat quomodo „ipſe ſinistra aristas conjungeret, deinde falce dextra „proſcinderet. Accipio falcem in nomine Domini Je„su Christi, lente opus primo procedebat, ſed paula„tim ex uſu disco artem. Astat ductor, probat, quod „ita promouerem. Tandem ubi videt, me nimis oc„cupatum, ut non tantum aristas, triticum et culmos, „ſed etiam inferiorem partem straminum demeterem, „ait ad me. Non est Domino meo opus ſtraminibus, „modo triticum, aristae, et culmi perueniant in horrea, „remorantur te, ut video, stipulae et stramina. Et ac„cipit falcem rurſus, et docet, quomodo per medium „straminum tantum culmos proſcinderem. Rurſus „falcem restituit et jubet, ne aristas utiles relinquere„mus. Valde studioſe me adiuvat ille venerandus prae„poſitus et justisſimus Dominus, cui eram adiutor et „collega adiunctus. Et ubicumque videt, me a tergo „relinqui, etiam in meas partes accurrit et me adiuvat. „Astabat horas aliquas ductor meus attente aſpiciens, ſi „recte faceremus opus. Cumque metendo ad tumu„lum quendam non ita altum peruenirem, erigo me „et circumlustro campum oculis et dico ductori: Bo„ne Deus, quando et quanto tempore demetemus hanc „infinitam mesſem? Et ecce! video venientes a longe, „nunc unum, nunc duos, qui et ipſi in aliis partibus „campi metere incipiebant. Sed pauci mihi videban„tur ad campi magnitudinem infinitam et mesſis mul„titudinem. Hic igitur cum venerando collega et „gubernatore meo meto, ut mihi videbatur, multis die„bus, ita ut viderem, posſibile esſe instantia laboris hunc „campum mesſe pervinci: et ubi fesſi ſumus, progre„dimur ad rivulum, et habebat panem, pisces et carnes „etiam asſas, unde reficiebamur, nihil etiam non im„pertiebat mihi ſumma charitate. Appropinquabant

„etiam ad nos qui ex dextra et ſinistra laborabant. „Toto tempore meſſis mihi in coelo esſe videbar, la„borare et metere cum tali ſodalitio. Ductor meus ſe „statim primo veſpere institutae meſſis ſubduxerat, „nescio quo, niſi quod credebam, eum in aliis parti„bus campi urgere opus. Victum mittebat Dominus „meſſis, nec quicquam nobis deerat, nec eramus mul„tum ſolliciti quod tanta esſet meſſis et prorſus, ut pu„tabamus, infinita, et nostrorum esſent tam pauci, et „angustiabamur, dum ſentiremus approximare hyemem, „ne quid relinqueremus non miſſum ad horrea. Tan„dem ſentio, non animi ſed corporis vires ex illa in„stantia metendi et defalcandi attenuari, et mihi aut „quiescendum esſe, aut in agro conſidendum. Recre„arunt me multum collegarum labores, maxime ille „meus gubernator et magister operis, cui eram adiun„ctus, et etiam languidus aliquandiu perduro in labore, „faciens quantum potui. Verum post pauculos dies re„ducor, neque ſcio a quo aut quo modo in cubile, et „repono me ad lectulum lasſus et aegrotus. Dumque „ſic iaceo, et difficulter traho ſpiritum, intueor pe„ctus meum, ibi video omnem carnem meam ita ab„ſumptam, ut in toto corpore nihil esſet reliquum, „quam ſub arida cute miſere cohaerentia osſa. Ani„mus vero per omnia firmus erat, niſi quod pro hac „una re valde ſollicitus eram, ne optimo patri familias „quicquam remaneret in agro non demesſum, ante ve„nientem hyemem. Dumque nunc ſollicitudine, nunc „ſpe memetipsum aut afflicto aut erigo, astat ſubito il„le meus liberator ex eremo ſcopulorum, ductor fide„lisſimus. Erat cum eo alius quidam Apostolico ha„bitu et vultu, ut ſolent pingere Andream aut Philip„pum. Ibi ductor meus me multum et jucundo vultu „et hilari voce conſolabatur. Dumque illum attente „audio, video imaginem crucifixi Christi, in quem „conjectus fueram in fonte, recta ex adversa lecti, in

„pariete affixam eadem ſpecie, ſed prorſus diverſa qua„litate. Nam in fonte videbatur caro omnis lucida. „Ibi vero membris omnibus exaruerat, ut omnia oſſa „et membra facile dinumerari posſent, et erat prorſus „tristis aſpectus. Video iterum pectus meum, quod ſi„militer nihil aliud erat, quam osſa velata cute, et vere „vix trahebam ſpiritum prae aegritudine. Ibi Paulus, „ille dux meus, digito pulſat pectus meum, deinde por„recto indice et dextera ad Christum, ex adverſo ante „me poſitum, ita ad me inquit: Huic oportet te „conformem fieri.

„Ex hoc contactu, et ista commonstratione et „ſententia audita, evigilo, et disparet omnis viſio, relin„quens in animo mirabiles cogitationes, quid ista ſi„bi vellent. Neque cum ullo monacho volebam un„quam aliquid conferre aut disſerere, ne me irriderent. „Certissime enim videbatur, aliquid magni significare. „Deus meus, quam stultas et prorsus alienas interpreta„tiones mihi hic feci! Vastam eremum ſcopulorum, „in quibus haeseram, interpretabar ſecularem meam „anteactam vitam. Eductionem faciebam religionem „Franciscanorum. Messem, fructus religionis, ſerva„tae regulae et statutorum patrum. Sed obstat, quod in „toto ſomnio nullum monachum videram nihilque „monasticorum operum. Verum dum ad monastica „instituor, proponitur regula, proponuntur statuta, re„gulae declarationes, dispensationes. Ibi vere deveni „in desertum et tentabar vere et vexabar a diabolo. „Et comperi nusquam minus, quam in religionibus in„veniri conſcientiae tranquillitatem, remisſionem pec„catorum, fidem et ſpem vitae aeternae. Ibi vero „ego addidi mihi ipſi labores, et opera ſupererogatio„nis, quibus compensarem defectus indebitis operibus, „pſalteria, misſas quotidianas, electivas preces, jejunia, „ſilentia etc. Eligebam novos patronos mortuos, ſan-

„ctos, martyres, imagines, confessores, quos mediato-
„res constitui inter me et Christum, sed semper magis
„seducebar per illos annos paene septem (y). Totus
„mihi liber scribendus esset, si sudores, vigilias, angu-
„stias studiorum meorum theologicorum depingere in
„hoc labyrintho vellem. Ordine glossavi et ad sum-
„mulas reduxi textum magistri sententiarum, noctu,
„reliquis monachis dormientibus, bis a principio ad fi-
„nem, per omnes quaestiones et distinctiones librorum
„quatuor. Totam tertiam partem Alexandri de Hales
„de gratia, de peccatis, operibus bonis, descripsi ma-
„nu mea et in summas redegi. Legi Bonaventuram,
„Gabrielem Biel, et in omnibus quaerebam, ubinam,
„quaerenda esset salus, ubi figenda spes; legi etiam ali-
„quot veteres scriptores, ubi mihi Augustinus in libris
„de gratia, de libero arbitrio, de peccatorum meritis
„et de remissione, de corruptione et gratia, item illi-
„us psalterium mire placebat. Sed scholasticorum et
„traditionum feces ita me excoecaverant, ut nihil cer-
„ti intelligerem, quam me miserum et damnatum pec-
„catorem esse, arborem mali, praescindendam igitur
„et in ignem mittendam. Constituerant me monachi
„lectorem mensae, ubi per septem annos Biblia cum
„interpretatione Lyrae ita legeram, ut ea paene memo-
„riter scirem. Sed erant omnia mihi liber clausus.
„Tamen libenter narrabam historias patrum et regum,
„sed usum nullum cognoscebam, nisi exempla morum.
„Contigit mihi id, quod sanguinifluae, qui sub meis
„medicis semper habebam deterius, et pro sanitate quo-
„tidie novis vulneribus sauciabar. Despero tandem eti-

(y) Hoc fuit primum vitae monasticae septennium usque ad annum 1517 in monachorum tenebris peractum, cui alterum illud est insecutum, quo tot laboribus atque periculis usque ad annum Ch. 1524. jactatus est Myconius, ut non solum ad eum servandum divina providentia cum ejus virtute contendisse, sed et ipsa adversariorum ira in veritatis adyta eum praecipitem egisse videatur.

„am de studiis, disco operas manuarias, compingere „literas, tornare, et dolabro conterere tempus, et val„de irascabar creatori meo, quod me creasset, et non „daret, ut probus fierem, sed malis operibus mihi de„mererem aeternum supplicium. Taceo de tentatio„ne super praedestinatione nostra, per quam ita deji„ciebar ad inferna novissima, ut si quando confesso„rem meum aut alios monachos pro auxilio implora„rem et explicatione, illos similiter tentationi invol„verem, ita ut tandem nemo me audire vellet. Sed „ibi Dominus, et mei et omnium hominum hujus no„vissimi temporis misertus, anno MDXVII. aetatis „meae XXVII. (z) misit virum suum, angelum ad hoc „electum, D. Martinum Lutherum, qui de vera poe„nitentia, remissione, ac satisfactione pro peccatis no„stris scripsit et edidit propositiones: Dominus et „Magister noster etc: quem ego statim sentie„bam virum illum esse, qui ad me in desertum missus „esset. Statim enim aperuit mihi deus oculos et au„res meas, imo per illum modum me corripuit, duxit ad „fontem et super Christum conjecit. Et is, ubi me pe„riclitari sensit, duxit, explicationem gubernavit. „Huic me statim anno 1517 totum in confessione doc„trinae Christi adjunxit. Quinquies me proscripserunt „monachi, toto sesquianno ita observarunt me, ut neque „cum ullo homine loqui, aut ullas aliis scribere literas, „aut ab aliis accipere possem. Sed tamen et mihi mi„nabantur perpetuum carcerem, et sepulcrum vivi cor„poris, ut fecerant Joh: Hiltenio (tz). Sex annos confi-

(z) Vitium in ratione subducenda hic commissum est a Myconio, qui 1517. die XXVI. Decembris vicesimum sextum aetatis implevit annum.

(tz) De hoc Hiltenio Philippus Melanchthon, in collectione LXVI. selectiorum ad Myc. epistolarum a Snegassio editarum, epist. XIX. sub finem haec scripsit. Valde rogo, ut historiam Monachi illius, de quo loquebamur Marpurgi, qui Danielem enarravit, cre-

„tebar Evangelium inter monachos, et ubi licebat Christum concionari, praedicabam et remissionem peccatorum et vitam aeternam in sola fide consistere, „statim hujus doctrinae summam comprehenderam. „Tandem, post septennales crucifixiones monachorum, liberavit perfecte ex illorum potestate et e manibus etiam corpus, cujus antea conscientia erat liberata. Et anno 1527 (aa) veni Cygneam, deinde „missus Gotham, et satis bene per loca agri Domini „agitatus. Sed universum Domine omnibus tuis miserationibus debeo, servus inutilis fui, neque potui „vel tantillum rependere pro his ah gratuitis beneficiis. Quid vero rependam ductori meo, praeposito „gubernatori et adjutori in hac messe, Luthero? Quid „ejus collegae D. Philippo? Sed et illi sicut Deus pater et Christus in me gratis benefici fuerunt. Et ego „certe avare usus sum illorum liberalitate, et nihil unquam ediderunt, quin mihi mel fuerit: imo erat „panis ille, qui de coelo venit et dat vitam manducantibus; et aqua illa, quam „quis bibens non sitiet in aeternum, sed „de ventre ejus fluunt aquae vivae, et

do nomen esse Hiltin, totum et diligenter nobis perscribas. Conferatur Flacii Catalogus Testium veritatis p. 835. sub anno MCCCCXIII. Apologia Augustanae Confess. (in Edit. librorum symbolic. e recens: D. Tittmanni) pag. 239, ubi ipse Melanchthon copiosius de hocce Hiltenio exposuit — nec non M. Burgeri Histor. Nachricht von des seligen D. Mart. Lutheri Münchsstand etc. Leipz. u. Merseburg bey Schubarth 1719. pag. 96. Cap. 6. §. 3.

(aa.) Factum hoc esse jam anno 1524., argumentis idoneis firmavit Bosseckius in Dissertatione excitata p. XL in nota. Conferatur ipsius Myconii ad Annaebergens. epist. consolatoria anno 1524 Zwickaviae scripta, ejusque Autographum historicum pluries excitatum pag. 70. ubi Myc. haec de se narrat: 1524. um das Fest Assumptionis Mariae bin ich, Friedrich Mecum, hieher gen Gotha, auf des Raths, der Gemeind, des Decani, des Stifts und Amts Bitt, von Hertzog Johannsen zum Prediger verordnet und geschickt worden.

„fons ſaliens in vitam aeternam, ſicque „cum sancto praeposito meo, Reverendo pa„tre Luthero, angelo Domini, laboravi in „hac meſſe ab anno 1517 usque ad hunc 1546, iuxta „gratiam Domini, et gratia ejus in me, vase „indigno, et per ſe inutili, vana non fuit.

„Mi Paule Ebere! (bb) Quoties, quoties Luthe„rus in ſuis commentariis pingit et nobis ob oculos po„nit, qualis sua et aliorum conscientia fuerit ſub Pa„patu et in mediis illis tenebris ignorantiae Christi, to„ties me tibi totum depingit; imo miserior eram, quam „quisquam me pingere poſſit. Sed qui dilexit „mundum, qui dives est in misericordia, „qui commendavit charitatem ſuam, cum „adhuc inimici ejus esſemus, qui voluit „hos inimicos ſuos ſibi reconciliari per „filium, qui dilexit me et tradidit ſemet„ipſum pro me, qui mortuus est, ut ego „reviviscerem, qui in eremum et deſertum venit, „ut tentaretur a Diabolo et me ex omni tentatione eri„peret, qui ex regno tenebrarum me eripu„it et transtulit in regnum dilecti filii ſui, „qui jam reconciliatum multo magis vult „reſervatum ab ira, qui ibi facit ſupera„bundare gratiam, ubi abundavit pecca„tum, qui etiam inhabitans peccatum non imputat, „modo non regnet in mortali corpore peccatum, „propter ſpiritum ejus, qui excitavit Chri„stum Jesum a mortuis et vivificavit mor„talia corpora nostra, ut non ſecundum „carnem ambulemus, ſed ſpiritu facta car„nis mortificemus, qui coepit in me, nec

(bb.) Haec verba et quae ſequuntur, tanquam ſeparatim ſcripta epistola exhibentur a Junckero in auctario Myconii Redivivi pag. 81 ſqq.

„cessabit, donec perficiat et destruat in „me perfecte opus Diaboli, et reparabit ima- „ginem Christi; qui etiam, si ego incredulus essem, ip- „se tamen verax est, seipsum negare non „potest, qui sedet in altis et humilia respi- „cit in coelo et in terra, qui cor contri- „tum et humiliatum non despicit, sed re- „spicit ad humilem corde et trementem „ad sermones suos, qui ovem adnumeratam sibi a „patre, perditam et reinventam, humeris circumpositam „ita manibus arcte comprehendit, ut nemo possit eam „de manibus suis eripere; sed adnumerabit eam sal- „vam patri suo: Is, inquam, in cujus pectus in fon- „tem abyssi scripturae et aquae vivae per Lutherum et „scripturam projectus, super vulnus lateris filii dei spiritu, „corde et corpore procubui, et ad satietatem bibi, ita „ut tamen recte sitire inceperim: Is, inquam, qui jussit „mihi dicere, me sibi conformem fieri debere in mor- „te et vita, is, inquam, scit, quid mihi in hac vita, no- „cte divisionis Apostolorum anno 1510 ostenderit in „somniis, sed non fuerunt mihi vana somnia, quic- „quid alii judicent. Nam secuta est statim practica per „annos 36, quorum sex prioribus reptavi in deserto non „modo mundi, sed ipsissimi inferni, posterioribus tri- „ginta aut 29 liberatus cum viro Dei sudavi in messe, „quem ego etiam hodie prae reverentia non satis ad- „mirari possum, per quem me deus reduxit, et in mes- „se ista reservavit contra Carolstadianos, Munzeros, „seditiosos Rusticos, Zwinglianos, Oecolampadios, „Sacramentarios, Munsterenses, Knollios, Kniper- „dollios, Schlatschaffios, Leydos, Rottmannos, post- „ea Antinomos, Graculos, Leuculos et omnia infau- „sta illa nomina Schuermerorum, Servetorum, Cam- „panorum, Galilaeorum, Sabathariorum et securorum „Epicureorum liberavit, inquam, et liberabit et serva- „bit in cursu ministerii sui, quem jam consummavi,

„nihil magis dolens, quam quod non instantius labo-„ravi, et corpus meum et vires ejus me destituunt, ut „vos jam depugnantes, et reliquos prostratos, fugatos „et trucidatos non possum adjuvare. Scio multos „voluisse, ut causam Christi et Lutheri etiam in scriben-„do et libris et commentariis adjuvarem, idque certe „felicius potuissem, quam graculi, Leuculae, cuculi „et upupae. Sed videbam et intelligebam, ad quid „maxime vocatus essem, ut essem vox clamans, „ad parandam viam Domino, et rectas fa-„ciendas semitas Dei nostri, et aperirem „oculos ut viderent praesens salutare Dei „nostri, et videbam spiritum sanctum dedisse scribam „doctum, linguas eruditas et prorsus igneas, ita ut su-„perbia esset, si ego vellem post Lutherum, Brentium, „Philippum esse et fieri aliquis corvus aut graculus. „Scripsi posteriora omnia brevius, quam oportuit, sed „tu ex praeterita visione et Lutheri scriptis, ubi suam „et aliorum conscientiam in tenebris, in medio infer-„ni positam et nunc liberatam depingit, caetera aesti-„mabis.

„Nolo ista legat vel Lutherus vel Philippus, qui-„bus saepe ista recensui, et qui habent meliora, quibus „pro nobis occupentur, sed reliquis, qui ea volunt cog-„noscere, communicabis. Non pudet me neque humili-„tatis meae neque Evangelii, quod est potentia Dei „ad salutem omni credenti. Et gratias ago Deo „Patri, qui aperuit mihi per servum suum, virum Dei, „Lutherum, et spiritum sanctum oculos, ut viderem „gloriam Christi, gloriam quasi unigeni-„ti a patre, pleni gratia et veritate, de „cujus plenitudine omnes accepimus gra-„tiam pro gratia. Ejus gratiam non abjiciam, sed „libenter volo gloriari in Domino, ut inhabitet in me „virtus Christi. Die wird sich wol offenba-„ren zu seiner Zeit. Amen.

„Vale mi amantisſime Paule, et pro me ora, ut „fiat voluntas Dei Patris, quia vere bona et utilis est. „Saluta Philippum, Rorarium, Crucigerum, Marcel-„lum, Pomeranum, M. Curionem meum et fratres „omnes.

„Infirmitas Lazari, Jesu Christi amici, non est „ad mortem, ſed ad gloriam Dei patris, ut glorifice-„tur per eam: nolumus impedire gloriam Dei. Go-„thae 1546, 21. Februarii

„Fridericus Myconius Gothanae
„Ecclesiae in Thuringia Pastor."

Jam vero ut interpoſita hacce Myconii ad D. Eberum epiſtola, quam maxime memorabili, eademque omnem ejus ingenii animique indolem clarisſime teſtante, ipſam narrationis ſeriem juſto perſequar ordine, ante omnia monendum videtur, nullo modo noſtrum totius vitae monaſticae ſpatium in coenobio Franciſcanorum Annaemontanorum eſſe emenſum, ſed usque ad annum MDXII. Lipſiae quoque atque Vinariae inter ordinis ſui alumnos verſatum eſſe; hac enim de re in ipſius Autographo (cc.) Cap. II. p. 11. haec leguntur. „Anno Domini millesimo quingenteſimo decimo ſecundo, quum ego, Fridericus Mecum, viginti duos annos esſem natus, atque integrum biennium discalceatorum monachorum coetibus Annaebergae, Lipſiae et Vinariae interfuisſem, ſummae Germanicarum rerum Maximilianus Imperator praefuit etc." Quibus expoſitis ita de ſe l. c. p. 15. ſq. enarrare pergit. „Anno MDXVI. ego, Friedericus Me-„cum, Vinariae inaugurationem ſacerdotalem ſum „adeptus, primamque ipſo Pentecoſtes feſto, pro more „inter pontificios tum temporis conſueto, misſam de-„cantavi. His ſolennibus interfuerunt Johannes (Pa-

(cc.) cf. Tentzelii hist. ref. ed. Cypr. Tom II.

„ter,) et Johannes Fridericus, (filius,) Saxoniae princi-„pes, qui quidem sumtus ad ejusmodi actum necessa-„rios ultima tum vice suppeditarunt (dd.). Anno „eodem, (ee.) vigesimo quinto aetatis, ad munus con-„cionatorium Vinariae sum vocatus, atque aliquot ora-„tiones sacras de malis, quae sancti sunt perpessi, atque „de vitis divorum divarumque (Legenden) habui, quae „tamen haud magno auditoribus fuere detrimento, „deo me custodiente, quo minus multa de articulis „pontificiis traderem."

Maximopere dolendum, quod inde ab anno Christi MDXVII. usque ad annum illius seculi XXIV, nihil nisi vim a Monachis toleratam de eo relatum legamus. Quum enim statim ex eo tempore, quo Lutherus Tecelii errores oppugnare coeperat, totus ab ejus partibus steterit, operae sane esset pretium, rationem concionandi propius cognoscere, qua dignus sit redditus, ab omnibus vitae ejus narratoribus praecipuo inter eos nominari loco, qui primi in Thuringicis ecclesiis evangelii adversariorum erroribus et fraudibus contradixerint (ff.).

Sed quod hac in re luculentis historiae testimoniis destituimur, hoc monachis potissimum, Myconium quocunque modo impedientibus, quo minus illo tempore se semper et ubique talem, qualis fuit, ostendere posset, attribuendum. Hoc enim tempore sep-

(dd.) In Autographo Myconii leguntur p. 16. haec: Und ist dieses die letzte Papistische Erste-Mess gewesen, die die Churfürsten zu Sachsen verleget haben.

(ee.) Antonius Probus l. c., videlicet in Myconio Redivivo, pag. 26., hoc factum dicit 1517. Sagittarius in hist. Gothana p. 170. contendit, anno demum 1518 nostrum a Vinariensibus ad ministerium sacrum esse vocatum.

(ff.) Myc. Redivi. pag. 27. Sagittarii hist. Goth. p. 170.

tenni illa eum torserunt vexatione, cujus in epistola ad Eberum jam factam cognovimus mentionem, et ad quam illustrandam ex Antonii Probi oratione in Myconio Redivivo (gg.) haec leguntur:

„Vinariae in Franciscanorum Monasterio vixisse Jo„annem Voitum, Doctoris Davidis Voiti patrem, „qui quoque Lutheri scriptis, quae cum Myconio „clam legerit ad Christum cognoscendum atque inti„me amandum sit adductus. Quod quum monachis „innotuerit, tam misere Voitum illum ab iis esse ha„bitum, ut quasi omnes diaboli summo furore in „eum, tanquam Lutheranismi erroribus infectum, „impetum facere, omne commercium atque collo„quium cum fratribus illi interdicere, nec non eum „quasi rem abominandam et purgamentorum loco „habendam digitis signare atque diris devovere in„ceperint. Dum reliqui fratres prandebant atque „coenabant, ad humi serpendum, frusta colligenda, „Monachorum pedes osculandos atque flagelli ictus „gravissimos tolerandos esse coactum; nec tamen „metu (hh.) principum Saxoniae, qui eum libenter „concionantem audierint, e coenobio esse emissum. „Atque eandem hanc Myconii quoque sortem fuisse.“

Quo facto non mirum cuiquam videbitur, huncce nostrum Myconium, quum anno illius seculi XVIII Lutherus ad comitia Augustana profecturus pedes Vinariam venisset, inque Monasterio (ii.) Franciscano

(gg.) cf. pag. 25. sec. To. 6. Martyr. D. Ludw. Rab. Voit.

(hh.) E Myconio Redivivo non satis liquet, utrum ea, quae hoc loco de oratione sacra anno 1523 Vinariae habita, qua audita Monachorum ira vehementius exarserit, referuntur, de Voito, an de Myconio sint accipienda. Bosseckius l. c. p. XI. de Myconio interpretatus est. Sagittarius in hist. Gothana p. 170. omnem hanc rem silentio praeteriit.

(ii.) Copiosius hac de re egit Antonius Probus in Oratione latina in Myconium Vinariae ut jam supra notavimus ao 1596

pernoctans, mane missam caneret, ab ejus accessu et colloquio esse prohibitum. Quo magis tamen monachi omnem Myconii cum Luthero externum commercium impediverunt; eo majori omnium virium intentione internam vere evangelici animi formam induere in dies studuit, atque hac de causa Zwickaviensium quoque Annales Myconium, qui ibi per aliquod tempus evangelium docuit, mirifice laudant.

Sunt, qui contendant, (kk.) jam inde ab anno MDXVIII usque ad annum illius seculi XXIV. Cy-

d. XXI. Maji habita, cujus versionem germanicam Junckerus sub titulo Mycon. Rediviv. typis exscribendam curavit. Cf. Myc. Rediviv. p. 28. Ipse Myconius in Autographo historico Cap. VII. pag. 30 sq. factum hocce his verbis exposuit: „D. Martinus zog anno 1518. in Sept. nach Augspurg, lag ein Nacht zu Weymar im Barfüsser-Closter, „do er noch eine Mess hielt, und war noch eins mit den „Mönchen. Und als der Mönchen Provisor, Johann Kestner, aus Mitleiden sagt: o lieber Herr Doctor! die „Wehlen (Welschen) sind bey Gott gelert „leut, ich habe Sorg, ihr werd euere Sachen „für ihn, (dem Cardinal-Legaten Cajetan vnd seinen „Begleitern,) nicht erhalten koennen, sie wer- „den euch drob verbrennen; so antwortete darauf „Luther:

„Mit Nesseln ging es hin, aber mit Feuer wäre es zu „heiss. Lieber Freund! bitt' unsern lieben Herr Gott „im Himmel mit einem Vater Unser für mich und sein „liebes Kind Christum, des meine Sach ist, dass er dem „wolle gnaedig seyn. Erhält er nur dem die Sachen, „so ist sie mir schon erhalten: will er's aber dem nicht „erhalten; so werd' ich ihm auch nichts erhalten koennen, so muss er die Schand tragen.

Hac occasione Myconius p. 33. addit, Cardinalem Cajetanum finito colloquio de Luthero ad Staupitzium dixisse:

„Ego nolo amplius cum hac bestia loqui. Habet enim pro- „fundos oculos, et mirabiles speculationes in capite suo."

(kk.) Sic e. g. in M. Hildebrandi, Archidiaconi Zwickaviensis longe meritissimi, libello anno Chr. MDCCCXVII edito, qui inscriptus est: Das Verhaeltniss der Stadt Zwickau zur Kirchen-Reformation etc. pag. 30 haec leguntur: „Dem „Friedrich Myconius oder Mecum, welcher als Gegner Tezels in Annaberg das Franciscanerkloster verlassen musste, „und seine Zuflucht in Zwickau suchte, verstattete man 1518.

gneae nostrum esſe commoratum, atque a Cygneensibus perquam honorifice habitum Quum vero huic opinioni praeter ea, quae de septenni ejus inde ab anno MDXVII a Monachis tolerato cruciatu jam commemoravimus, haec quoque obstent, quod non solum in epistola ad Eberum huicce narrationi paulo ante inſerta expresſe ſcripſerit, ſe anno demum MDXXIV. Cygneam venisſe, ſed et in literis, eodem anno die Jovis post Paschatis festum Zwickavia ad Annaebergenses consolandi causa datis, de Cygneensi ſua commoratione tanquam re nova (11.) loquatur; hoc primum

„eine freundliche Aufnahme, er verweilte lange Zeit hier, und „lehrte ganz ungescheuet, bis er endlich nach Gotha be„rufen wurde."

Cui quoque ſententiae falso favere videtur Seckendorfius l. c. lib. I. ſect. 45. §. CX. 2. pag. 178 hisce usus verbis: „Inter primarias vrbes Zwiccavia (quam Cygneam vocant,) „jam ab initio Lutheranae doctrinae praedicatores Evange„lii habuerat, ſed velnti occultos; inter quos Fridericus „Mecum, sive Myconius, fuit, Liechtenfelsae in Franconia „natus, Annaberga, vbi in monasterio a Georgio Duce no„viter exstructo Franciscanum induerat cucullum, pulsus, „celebris postea Gothae in Thuringis Ecclesiastes, et Lu„thero conjunctissimus."

(11.) Hac epistola consolatoria, Cygneae anno MDXXIV. ſcripta atque ibidem typis exarata, inter alia pag. 6. leguntur haec:

„Darumb Christlichen liebsten Brüder, wiewol ich ym Synn het, euch vorhyn zu berichten, warumb man mich ſo lang ym Closter heymlich verwardt, nie mit Christi Wort vor sein Volck zum liecht kummen lassen, Auch weſshalben ich mich von disen andechtigen helſskrümmern vnd ketzerfeyndten entwandt, vnd nun mit dem frölichen hauffen am Palmsontag früe Christo gegen dem ölperg entgegenzogen bin, im helfen yn ſein reych einfüren, auff das die Schwachen bey euch sich nit meynes thuns ergerten vnd auff gottes weg zuruck tretten, muſs ich doch ytzt daz redlein vmbkeren u. s. w."

Et pag. 24. „ich war achtzehen Wochen also verwardt, das nyemand mit mir, auch ich mit nyemand gereden kundt. Denn der Teuffel müst sich wider an mir rechen, ſeyn mündtlein kül, darumb das ich etwan mitt Gottis worts rudten yn seine Kinder weynen gemacht hat, vnd ſeynen reychsgenöſſen ein wenig yn die taſchen geblosen. Des ſchadens kan er nymmer vergesſen; hoff aber Christus wer

tempore, postquam e monachorum manibus fuga salutem petierat, Cygneae tutum invenisse videtur asylum. Quod quum pro certo sit habendum, non tamen de ipsa fuga, ex quonam videlicet loco capta sit, prorsus indubitati aliquid proferre licet. E coenobio Annaemontano in hanc fugam se conjecisse sumi posset, si evictum esset, ea, quae in epistola ad Annaemontanos missa pag. 3 sq. affert (mm.), non illo jam vitae suae monasticae tempore, quo hujus quasi militiae ecclesiasticae tirocinia Annaemontii posuit, sed seriori evenisse, quo quatuordecim fere annorum spatio interposito in castris hisce inveteraverat; nam quae pag. 24 (nn.) ejusdem libelli leguntur, fugam ejus proxime praecessisse videntur. Sicuti vero haec jam opinionem, e Monasterio Annabergensi aufugisse Myconium, vix admittunt; sic et huicce opinioni adversan-

ym wider eyn stücklein sehen lassen, solts yn auch noch so sehr verdriessen. Gottlob er hatt mich auss seynen Babilonischen glüenden ofen geledigt, ich hoff, ich wöl noch Gottis ehr vnd herligkeyt singen vnd pfeyffen, wann es auch die gantzen hel verdruss. Will mit disem püchlein vnd den zweyen predigen, die ich hye gethan, angehoben haben. Bit Got das er nachdruck, es sol gar baldt noch bass klingenn. Ich wolt, das yr het sollen sehen das Götliche, erlich, hitzig Wesen, Regiment und Ordnung, die hie ist, solt hören vnd sehen was ich die acht tag gesehen hab, ewr hertz müst vor Freuden springen und hüpfen. Es ist war, ich leug nit, Ich hab vor freuden dise acht tag mehr geweynt, dann ich vor ynn viertzehen Jaren geweynt hab. Man sicht vnd hört yn der Kirchen nit eyn yrdisch, sondern eyn hymlisch Volk. Do gehet Gottis wort, glaube, liebe, lob, preyss vnd Regiment yhm vollen schwank; fleust alles mit honigk vnd milch u. s. w."

(mm.) Dann ich befind mich ya dartzu pflichtig und schuldig, (euch zu trösten,) nur allein darumb das yr mich, on alles Widergelten wol achtzehen Wochen ym Closter enthalten, generet, gespeyset vnd trencket habt u. s. w.

(nn.) Ich was achtzehen Wochen also verwardt u. s. w. cf nota l. l.

tur ea, quae Seckendorfius in commentarii de Lutheranismo saepius excitati libro I. Sect. 45. §pho CX. pag. 181. ex Archivo Vinariensi (Reg. N. fol. 65. No. 16.) ad illustrandam Myconii et reformationis historiam profert his verbis: „Annaeberga urbs a Georgio „Duce non diu ante condita, in magno tunc, ob rei „metallicae uberrimos proventus, flore erat; tanto „magis curae fuit Principi, ne Lutheri dogma in ea „(o o.) propagaretur. Habebat autem Elector vicinum „oppidulum Buchholtz ibique praefectum fodinarum „Mattheum Buschium, Evangelicae doctrinae valde „studiosum; eo magno numero excurrebant Annaebergenses. Severe igitur injunctum est a Georgio „omnibus, ut id intermitterent. Id ex Buschii literis „mense Julio 1524. ad Electorem scriptis cognoscitur. „Refert enim, jussu Georgii nuper monachum captum „fuisse, qui praedicare Annaebergensibus ausus erat, „liberatum tamen cum compertum esset, eum in valle

(o o.) Quum enim jam anno 1521. Annaemontanos edicto gravi prohibuisset, quo minus Lutheri et Carolostadtii scripta legerent, anno 1523 denuo iis interdixit, ne religionis causa Buchholtzium excurrerent. Qua quidem de re conferantur ea, quae in M. Friderici Wilhelmi Koehleri succincta de emendatis Buchholtzii sacris narratione germanice Chemnitzii 1781. sumtibus Stoesselii Haeredum et Putscheri typis exscripta, pag. 6 sq. leguntur; quibus addi possunt, quae Seckendorfius l. c. (pag. 181. sub finem) praeter ea, quae supra jam excitavimus, ex Buschii adhuc literis commemorat, his verbis:

Georgium Ducem, ut Annaebergenses ab excursione arceret, monachum nuper (1524.) advocasse, qui Evangelicam doctrinam ab initio proposuisset magno cum applausu, sed cum non multo post prava immiscuisset (habe Gift spüren lassen,) deprehensam esse fraudem a civibus jam non imperitis. Renovatum tamen d. 26. Julii a Georgio interdictum fuisse, et mandatum, ut ii, qui posthac excurrerent, in vincula coniicerentur et in arcem Schellenberg, quae nunc Augustoburgum a nomine Augusti Electoris, novi palatii conditoris, vocatur, abducerentur. Paulo post in legatione Georgii, de qua alibi dicam, mense Augusto ad Electorem et fratrem missa, expostulatum etiam est de duobus monachis in Buchholtz, quorum alter virginem monasticam duxisset.

„Joachimica, (in regno Bohemiae ſub comite Schlickio,) „concionatoris officio fungi. Veniſſe postmodum „ad ſe alium monachum, vero nomine Fridericum, „in monasterio autem Franciscum dictum, cogno- „mento Mecum, quem Vinarienses Monachi, ſpre- „to Johannis Ducis mandato Isenacum miſerint, inde „Lipſiam amandatum, et porro jusſum, ut Annaeber- „gam iret, (ubi ſcilicet antehac eum fuisſe intellexi- „mus;) ſed cum deprehendisſet, ſe ad vincula desti- „nari, aufugisſe in itinere et ad Buschium venisſe, ab „hoc Zuiccaviam esſe misſum etc."

Zuiccavia brevi post ſuum adventum epistolam illam consolatoriam, quam ſaepius excitavimus, ad Annaemontanos dedit, cujus ſumma haec est.

Primum commemorat, ſe probe ſcire, quid pontificiae catervae Annaemontii non ſolum contra ſemet ipſum, ſed contra omnes veri evangelii amatores moliantur. Tum Annaemontanis, ſed vere paterno animo, vitio vertit, quod in usu ciborum ab ecclesia prohibitorum contra verae evangelicae libertatis leges ab ipſis peccatum ſit, utpote quos deceat, Paulini consilii esſe memores, quod in licitorum usu infirmiorum quoque respectum haberi cupiat, quum quidem, modo ſint recta et legitima, licita sint omnia, non tamen expediant ſemper, nec pietatis, honestatis et virtutis ſenſui prosint, atque hac fieri ratione, ut evangelicae fidei praestantia malevolorum opprobrio et detrectationi exponatur. Porro eos admonet, ne ullo quoquam modo pontificiorum denuo laqueis ſeſe irretiri patiantur; ſed omni fiducia in deo atque Jesu Christo posita firmi maneant in tuenda veri evangelii profesſione, omniaque mala, quibus hac de causa ab adverſariis affligantur, constanter perferant. Quibus addit, ſe ipſum expertum, quam difficilia haec omnia ſint obſervatu, nec tamen unquam destitutum fuisſe auxi-

lio divino si ad preces, ad hominum exempla et ad verbi divini consolationem pio confugisset animo. Qua quidem de causa sanctissimum illis esse cupit Pauli Apostoli dictum ad Ephesios, quod Cap. VI. 10 sqq. epistolae ad eos missae legitur, aliaque praeterea excitat scripturae sacrae loca, quibus accuratius perpensis in dies magis magisque forent cognituri, in verbo divino optimam atque pretiosissimam, eandemque indefesso studio tentandam atque recludendam, inveniri aurifodinam. Haec inter nec omisit, omnem vindictam ab adversariis petendam dissuadere, totumque libellum in universum ita composuit, ut jam ex hoc primo ejus scripto omnis animi ratio, qua se semper virum vere pium, modestum, prudentem, sincerum atque fervorem, quo quaelibet egregia amplexus est, amabili bonitate temperantem exhibuit, cognosci possit. Caeterum haud difficile est dijudicatu, quantopere animi eorum, qui Annaemontii ab ecclesiae reformatorum partibus stare inceperant, hac Myconii consolatione sint erecti. Ut vero quae literis mandaverat coram eo efficacius viva juvaret voce, non ita multo post ipse Buchholzium profectus, ibi die II. Julii (MDXXIV.) concionem habuit, in qua totam scripturam percurrens de peccato, fide, spe et caritate praeclarissima protulit verba. Seckendorfius, qui haec loco jam supra excitato ex Buschii literis refert, narrationi suae addit:

„adfuisse duos senatores Annaebergenses, ut, qui „ex suis civibus adessent, observarent; supra mille „autem tunc ex illis adfuisse. Jam Buchholzia„nos flagitare, ut Fridericus ille Myconius pastor „suus fieret, Johannem vero Ducem eum Gotham „vocasse.“

Gothae Festo Adsumtionis Mariae hoc ipso anno (MDXXIV.), ut jam supra in nota —aa.— ex ejus

Autographo historico protulimus, primi evangelici pastoris muneri praeesse incepit, (pp) atque ex illo potissimum tempore tertium vitae eundemque factis aeque ac fatis eminentissimum ascendit gradum. Quo enim tristior ejus sors sub Georgii Ducis fuisset regimine, ni fuga e manibus illius evasisset, eo laetius ei Johannis Ducis affulsit imperium, ita ut quietius jam uti potuerit ea temporum felicitate, quam Lutheri studia et conamina magis magisque adduxerunt; atque sic excrevit haud vulgari modo altior ejus mens, animi sanctitas, morum puritas cum totius vitae moderatione atque aequabilitate conjuncta, nec non rerum agendarum vis eximia, qua dignus factus est, qui praecipuis evangelicae libertatis vindicibus atque patronis accenseretur.

Emisit hoc ipso anno, quo Myconius noster Gotham est vocatus, Lutherus scriptum illud memoratu dignissimum, quod in Lutheri operibus a Walchio editis Tom. X. p. 533 sqq. legitur, et in quo de condendis atque instituendis Scholis vere Christianis quoslibet urbium germanicarum praesules atque magistratus summo, quod in eo fuit, studio adhortatus est. Cui quidem adhortationi Myconius quoque tam faciles praebuit aures, ut primum fere, quod Gothae subiit negotium, in scholae illius civitatis incunabulis rectissime ponendis cerneretur. Ipse in Autographo historico saepius excitato breviter tantum hujus rei mentionem fecit; (qq.) copiosius vero hanc Myconii meritorum me-

(pp.) cf. Myc. Rediv. p. 29. Sagitt. hist. Goth. p. 170. Bosseck. diss. excit. p. XII.

(qq.) Zu Gotha, sic p. 54. in Autographo leguntur Myconii verba, hatten die Canonici, Nonnen vnd Moenchen aller Pfarren Güter incorporiret, vnd länger denn 400 Jahr verschlungen: vnd waren alle Ministeria und Kirchen wie ein alt Haus zerfallen. Aber mit Gottes und der Landesfürsten auch der Visitatoren Hülff hab ichs in diese Ordnung, da-

moriam in historia scholae Gothanae egregie scripta (rr.) illustravit atque ad posteritatem propagavit celeberrimus Gymnasii illius Professor Schulzius, qui quidem in enarrandis Myconii in scholam Gothanam meritis tam praeclare versatus est, ut quicquid hisce in officii partibus Vir ille Summe Venerabilis ante haec tria secula praestiterit, nostra non amplius egeat demonstratione.

Ingeniis magnis haec est potestas data, ut imperium animorum vi quadam exerceant, cui resistere vix quisquam possit. Quicquid autem alii vi, hic bonitate potissimum atque prudentia exsecutus est; cujus agendi rationis statim anno sequente, ex quo scholae Gothanae constituendae atque instaurandae auctor fuerat, luculentissimum dedit documentum. Oberto enim post Electoris Friderici sapientis obitum, anno

rinn es itzt Gott lob! stehet, gebracht: die Schulen in's Augustinerkloster fundirt, und zu den Ministeriis das Einkommen, wie es in diesem Buch verzeichnet, erworben und geordnet. Und ist alles durch die Churfürsten vnd Visitatores bestaetigt, mit Brief und Siegel ratificirt und geordnet worden. Es hat unglaublich Arbeit kostet, aus dem alten, verspureten, zermalmeten, faulen Holz ein neues Haus zu erbauen: aber du lieber Gott! gieb, dass es die Posteri erhalten. Ach! wie haben wir wider den Strom müssen waten und alles mitten aus dem Feuer holen. In dieser Arbeit hab' ich neben denen, die mir geholfen, ab anno 1524 bis in's Jahr 1542, (wo naemlich Myconius dieses schrieb,) uembgangen etc. Et pag. 55. Die Schulen haben wiederumb angefangen und restituirt: Basilius Monnerius von Weimar, jetzt Doctor Legum, des Curfürsten Rath, vnd der jungen Fürsten Praeceptor. Ist der Anfang geschehen im Augustiner-Kloster, als noch die Mönchen in ihren habitibus darinnen waren, Anno 1524. Sein Successor war Laurentius Schüpperus, nach dem M. Georgius Merula: nach diesem M. Pancratius Susfenbachius Silesius, der hat sie in eine rechte Form und Ordnung bracht.

(rr.) Geschichte d. Gymnas. zu Gotha etc. b. Perthes 1824.

MDXXV., famoso illo rusticorum tumultu, quem in Thuringia inprimis Thomas Munzerus concivit, Myconius, senatu oppidano adjutus, non solum ab urbe ipsa seditionem omnem prorsus arcuit, sed etiam in regione illa, quum Ichtershusium ad demoliendas castra, Glichense, Mulbergense et Wachsenburgense, imo ad exstirpandas familias nobiles agrestium agmen jam confluxerat, motus illos auctoritate (ss.) suadendi magis, quam jubendi potentia compescuit, ita ut rebelles illi, quos proelii forsan fortuna difficiliter domuisset, caritatis consilio veteri statim patientiae restituerentur, atque hoc quoque comprobaretur exemplo, hisce in rebus verborum lenitatem, cum animi integritate et prudentia conjunctam, potiorem esse vi atque potestate. Et quum hoc jam factum clarissime

(ss.) Myconius hac de re in Autographo historico p. 51. haec retulit: „Wie wohl ich der allergeringsten einer gewesen, so muſs ich doch die Werk Gottes durch mich, wie Paulus, auch rühmen. In der Bewerschen Aufruhr hat Gott durch sein Wort diese Stadt Gotha und die Pfleg, daſs sie nit aufrührisch wurden, erhalten. Den Hauffen Bauern zu Ichtershausen beredet vnd zertrennet ich mit einer Oration, dass sie abzogen, vnd niemand Schaden thäten. Die wollten die Schlösser Gleichen, Mülwerg, Wachsenburg schleifen, vnd den Adel vertreiben. Conferatur Pancratii Susſebachii, Rectoris scholae Gothanae, oratio funebris in honorem Myconii die VIII. Aprilis anno 1546. ante funeris deductionem recitata, et Appendicis loco Melanchthonis LXVI. ad Myconium epistolis selectioribus, quas M. Cyriacus Snegassius, Myconii progener, Jenae MDIVC. typis Tobiae Steinmanni exscribendas curavit, annexa, p. 63., cujus haec sunt verba: „Cecidit adventus ejus in tempus „turbulentissimum, cum omnia loca vicina seditiosis tumul„tibus flagrarent. Hic pastor noster, quamvis abjectus in „specie, sapiens tamen in Christo, et fortis fuit in Spiritu „Dei. Hac parte animavit conterritos; alia repressit furio„se tumultuantes: solliciteque cavit, ne Respublica Gothana „aliquid detrimenti acciperet. Omnia autem gessit, scripsit „et dixit auctoritate doctrinae coelestis, quam ille cum mag„na virtute spiritus Dei, et cum eloquentia utili profiteri „poterat.“ cf. Sagitt. Hist. Goth. p. 424. et Tentzelii ejd. hist. supplem II. sect. II p. 733.

testetur, Myconium hoc fuisse animo, ut si temporibus veterum Romanorum, quibus ab ingenio, fortuna, habitu corporis, rebus gestis, honoribus atque aliis ejusmodi rebus accreverunt nomina, vixisset, dignus sane fuisset habitus, cujus nomini et cognomini, quamvis non maximi, at summopere venerandi, vere pii, facundi atque haud vulgari bonitate et modestia insignis viri elogium interponeretur; ab ejusmodi animi indole prorsus abhorruisset, si vitae publicae egregiis factis non privatae quoque atque domesticae insigni modo accesſissent ornamenta. Ut vero haec legitimarum nuptiarum solennitate inaugurarentur, anno MDXXVI. auspicatissimum adesse credidit tempus, quo Lutheri, primicerii, aliorumque ecclesiae reformatorum, quorum etiam matrimoniis disceſsus a Pontificiorum partibus confirmatus, (tt.) resque emendatorum sacrorum ipsa mirum in modum aucta est, exemplum secutus, conjugalibus teneri inciperet vinculis. Duxit igitur uxorem, non quidem illustri, at satis honesto loco ortam; de quo vitae eventu in ejus Autographo pag. 73. haec leguntur. „Anno eodem „(MDXXVI.) (uu.) ego, Fridericus Myconius, Ec„clesiae Gothanae Pastor, duxi uxorem et nuptias ce„lebravi cum honesta virgine Margarita, Bartholomaei „Jackenii, (civis Gothani) filia (vv.), ex qua novem li„beros suscepi, quorum hoc anno 1542. adhuc quatu„or vivunt (ww.), quos tibi Domine, Jesu Christe,

(tt.) Quantopere vita privata et conjugali ecclesiae reformatorum res ipsa emendatorum sacrorum adjuta sit, egregie exposuit Johannes Georgius Mullerus, Tom. IV. p. 10 sqq. libri, qui inscriptus est: Reliquien alter Zeiten, Sitten und Meinungen. Lips. Sumtibus Hartknochii 1806.

(uu.) Sagittarius l. c. p. 171. et Antonius Probus l. c. monent, hoc anno MDXXV. factum esse.

(vv.) Sagittarius contendit l. c. fuisse Jackenii viduam.

(ww.) Bosseckius l. c. p. XIII, Antonii Probi et Sagittarii auctoritatem secutus ad Myconii de liberis suis narrationem

„commendo, qui, te jubente, tibi allati ſunt, dum „ais: „„„s i n i t e p a r v u l o s v e n i r e a d m e; t a l i- „„„u m e n i m e s t r e g n u m c o e l o r u m."" Et oro, „ut te perfecte, ſicut Paulus ait, induant, dum dicit: „q u i c u n q u e C h r i s t o b a p t i z a t i e s t i s, C h r i- „s t u m i n d u i s t i s etc." Saepius fieri ſolet, ut iis, qui uno eodemque ſemper versentur loco, nec extra proximos muneris ſui progrediantur limites, inertia pedetentim pro ſapientia eſſe incipiat; quod ne Myconio accideret, praeter ipſam animi ejus indolem, quae exercitatis illis atque ambiguis ecclesiae temporibus recte ſuſtinendis accommodatiſſima fuit, itineribus (x x.) potisſimum tribuendum, quae diversisſimis eum occupatum tenuerunt in locis, ejusque non solum ſagacitatem in cognoscendis atque dijudicandis hominum ingeniis et moribus ſatis comprobatam, ſed etiam prudentiam et dexteritatem, qua ad provinciam ſuam egregie administrandam opus habuit, mirum in modum auxerunt. Ipse horum itinerum in Autographo (y y.) hanc fecit mentionem:

„Tribus vicibus cum Electore Saxoniae profe- „ctus ſum in inferiorem Germaniam, Coloniam Agrip-

haec addit: „ex quibus filius Fridericus, cujus prolixior „mentio in Hist. Goth. Suppl. III p. 42 ſq. facta est, in Aca- „demiis Germaniae praecipuis, Lipsiensi, Vitebergensi ac „Jenensi, ſumma cum laude jam versatus, immatura certe „morte ex hac vita diſcedens, patrem est ſecutus. Filia au- „tem Barbara, post patris obitum, M. Cyriaco Lindeman- „no, de quo conferatur supplementum Hist. Gothanae III „p. 1 ſqq., Scholae Gothanae Rectori, et Myconio, cum ad- „huc in vivis esſet, amantissimo, nupsit, cujus iterum filiam „M. Cyriacus Snegassius, Pastor ecclesiae Fridrichrodianae „et Superintendens Vinariae adjunctus, egregieque de My- „conio, (cum epistolas ad eum datas post mortem publica- „verit), meritus, matrimonio sibi junxit."

(x x.) De Myconii itineribus cf. Bosſeckius l. c. p. XIII. ſqq. Myc. Rediv. p. 34. ſqq. Sagittar. l. c. p. 171.

(y y.) pag. 51 ſqq.

„pinam, Juliacum, Civiam, et ibi evangelium de poe„nitentia et remisſione peccatorum praedicavi. Bis „cum eodem in Saxonia fui, (inferiori ſcilicet, ſeu „Westphalia;) Brunsuigae, Cellae, Susati, Esſendiae, „Düsſeldorfii concionatus ſum de Christo, magno cum „populi, illum appetentis, applausu. Düsſeldorfii pu„blice cum Monachis et ſophistis Colonienſibus dis„putavi (zz.), qui Christum fidelium felicitatis coeles„tis auctorem et infidelium judicem agnoscere coge„bantur. Quater, quum ordines et principes evange„lici Smalcaldiae, ad depellendam adversariorum ty-

(zz.) De hac disputatione, cujus acta, (cf. Cypriani catalogus codicum manuscriptorum bibliothecae Gothanae pag. 113) in Bibliotheca Gothana asſervantur ſub titulo: Disputation zwischen Fridrich Mecum und Johann Korbach, obſervanten-mönch zu Düsſeldorff, in beywesen Hertzogs Jo. Frid. von Sachsen und vieler andern Graven, Herrn, Rittern, Räthen etc. geschen MDXXVII. die XIX. Febr. etc. Bosſeckius, l. c. p. XIV. ſqq. Seckendorfium in Comm. de Lutheran. lib. II. Sect. 12. §. XXXIV. add. I. p. 91 ſq. ſecutus, haec refert. „Notum est, Jo. Friderico, Saxoniae Duci, atque Electoris Joannis filio primogenito, ob Lutheranam, quam profitebatur religionem, denegatam fuisſe consummationem matrimonii legitime jam cum Catharina, Caroli V. Imperatoris sorore, pacti. De aliis igitur nuptiis cogitare coepit, sibique Sibyllam, Joannis, Cliviae Ducis, filiam, sponsam elegit, cum qua etiam nuptias solemnes d. II. Junii a. MDXXVII. Torgaviae celebravit. Proficiscebatur autem Joannes Fridericus ad sponsam ſuam videndam in Ducatum Clivensem, et in comitatu suo, sacrorum causa, Myconium habebat, qui singulis diebus coram eo concionabatur, quod et iam, Dusſeldorfum cum venisſet princeps, in arce fiebat. Hoc male habebat Iohannem Corbachium, in conventu Coloniensi monachum Franciscanum, in illa urbe tunc degentem. Hinc publice in templo e pulpito declamans d. XVII. Febr: decem articulos credendos enaravit, et simul acerbissime in novos praedicatores, quos absque vocatione ajebat docere, invectus est, promittens tamen in fine orationis, ſi quis erroris eum arguere vellet, ſe auditurum et ex ſcriptura reformationem suscepturum esſe. Hujus oblationis causa inter proceres Saxonicos Baro Anaricus, (Wildenfelsae et Schonkirchae Dominus,) ad Corbachium misit eumque rogavit, ut eodem die Myconium concionaturum in arce audiret, eumque, si forte quid

„rannidem, convenissent, concionatoris vices sustinui. „In Comitiis etiam Norimbergensibus et Conventu „Francofurtensi operam praestiti; multa ibi utilia „Spiritus sancti auxilio dicta sunt. Cum Melanchto„ne omnia communicavi, ejusque usus sum informa„tione, ita ut sagittis quoque meis pennas aptaret. „Mortuo Duce Georgio me frater ejus comitem itine„rum suorum per regiones Saxonicas ab illo jure hae„reditario acceptas sibi adjunxit, quem ubique in sa-

contra scripturam diceret, corrigere vellet, promittens, se colloquium inter eos procuraturum esse. Monachus vero preces Baronis, licet eodem die iteratas, et sequenti die Myconii nomine repetitas, plane respuit, tandem tamen promisit, se d. XIX. Februarii ad colloquium in hospitio Baronis instituendum, venturum esse. Promissis etiam stetit, seque coram loco horaque destinata exhibuit; cum, ad disputationem audiendam, ipse Saxoniae Princeps cum suis consiliariis, multique insuper Clivensis Ducis aulici ac nobiles, nec non plurimi literati cives ac plebeji convenissent, ita ut fores essent aperiendae. Myconius initium dicendi fecit, sermonemque et ad monachum et ad auditores direxit, illum rogitans, ut in veritatis studium incumberet, hos vero adhortans, ut attentos se praeberent, monerentque, si quid verbo divino minus conveniens in medium proferretur. Hic monachus statim ostendit cujus spiritus esset filius; contemtim enim Myconium tractans inurbane eum compellavit: Hoerst du Fritz! omniumque verborum ejus summa eo rediit, non esse coram viris militaribus et imperitis ejusmodi hominibus de scriptura disputandum, sed in doctorum praesentia. Provocavit hinc Myconium, Coloniam ut iret, ibique rem suam ageret. Noster vero regerens, ex verbo divino judicium esse ferendum, inter alia ad dictum Joh. XII, 48. provocavit, idque ex versione Lutheri legit; ubi monachus plenus ira exclamavit, ipsum diabolum hujus versionis auctorem esse, dictumque Deut. XVII, 10. Myconii verbis opposuit, ubi judicium de controversiis sacris sacerdotibus concederetur. Ad haec Myconius conferendum esse, inquit, versiculum sequentem, ubi norma hujus judicii scriptura nominetur. His praemissis de decem articulis, quos Corbachius pro concione proposuerat, disputatum est monacho nil prope nisi convicia in medium proferente, ita ut Myconium quam plurimis diabolis obsessum vociferaretur, eique modo conjugium objiceret, modo quod non vocatus doceret, modo quod auctor esset rusticorum tumultus. Ad haec omnia satis mansuete Fridericus noster respondit magistri sui Christi exemplum secutus. Demum monachus ad extrema perdu-

„cris evangelicis instaurandis adjuvi, ne illorum loco-„rum incolae Christi alloquium eodem expavescerent „modo, quo Apostoli, quum Dominus in mari ex im-„proviso iis apparuisset. Lipsiae novem menses com-„moratus sum, doctrinae christianae fundamenta po-„sui, et in ministerio constituendo adjutor fui; assis-„tebant D. Cruciger, D. Johannes Pfeffinger, pastor „Belgeranus, et M. Balthasar, Wittenbergensis. Pon-„tificiae doctrinae cultores ad dogmata monachorum

ctus, locumque scripturae ad probandam invocationem „sanctorum non inueniens, post multa opprobria, quibus Myconium exercuerat, rogavit eum, quid crederet? Hic Myconius, in memoriam sine dubio revocans adhortationem Apostolicam 1 Petr. II, 15, surgensque, fidei suae egregium edidit testimonium. Hoc motus monachus mitisque jam factus, mutato sermone Myconium allocutus est: Care Friderice, profecto libenter haec audivi, nec ullo modo reprehendere possumus, placent et recta sunt omnia, et veritatis habent fundamentum; si haec praedicas, veram Christianorum praedicas fidem. Ad haec Anaricus, ad monachum se vertens, dixit: sed tu, bone vir! hic os tuum ipse verberas, quaerentique monacho: cur ita Domine? respondit: ideo, quia antea dicebas, hunc Fridericum esse haereticum et totam ejus doctrinam esse haereticam et diabolicam, nunc autem fateris, Christianam esse et sinceram. Corbachius tunc ad se excusandum protulit: se audivisse, ac si non recte doceret Myconius, et matrem Domini ac sanctos conviciaretur, alia vero nunc percepisse iisque laetari, et quocunque venerit, asserturum, injuriam illi factam esse. Peto tamen, pergit, ne mihi ignominiam inferatis, aut victum me esse jactetis, utque hunc actum non pro disputatione, sed tantum pro colloquio habeatis, judex enim nullus adfuit. Tunc Myconius, omnem contumeliam sibi illatam oblivioni tradens, monachum alloquitur: Care Frater! tu modo veritatem, et quae justa et recta sunt, semper doceas, Christus te ab omni ignominia custodiet, nos neminem conviciabimur. Ad quae monachus: bene! ait. Conversus tunc ad auditores Myconius, testes eos advocavit, quo modo monachus veritatem agnoverit, et ex Gal. I, 8. anathema dixit omni, qui aliter doceret. Monachus vero quum et haec adprobasset, porrigens Myconio, Principi, et Anarico dextram, discessit."

„et sophistarum in universitate illa literarum theologi-„am atque philosophiam profitentium provocarunt, „qui etiam aliquas propositiones de baptismo, de trans-„substantiatione aliisque nostrae doctrinae capitibus „ediderant opinantes, me respondere non posse. Res „ad disputationem deducta est in Collegio Majori ad „S. Nicolaum, ubi primo per quinque, dein novem „horas uno die disceptavi: quo facto Papae et Sata-„nae, in cujus potestate ille est, quisquiliae omnes in „pulverem reciderunt (tz tz.). D. Melchior Klinge, „sophista, se subduxit; L. Balthasar, Dominicanus, „Herbipolin abiit; D. Ochsenfurt paulo post mortuus „est: ut paucis dicam, flores ephemeri aestu splendo-„reque solis e verbo divino refulgentis tam male affe-„cti sunt, ut brevi marcescerent etc" Redimus nunc, his Myconii fatis ex ipsius autographo strictim memoratis, ut temporum ordinem in enarranda ejus vita conservemus, ad eum annum, quo ex itinere Dusseldorfensi reducem gravissima occupatum tenuerunt negotia in regionibus Thuringicis obeunda. Spectabant haec ad visitationem ecclesiarum Saxoniae, quae illo ipso anno, quo Dusseldorfio domum rediit, scilicet MDXXVII, coepta, anno sequente continuata et publicato Electoris mandato confirmata, anno demum XXIX. finita est. Qui plura de hac visitatione cognoscere velit, Schroeckhium (aaa.) et Seckendorfium (bbb.) consulat, quorum uterque ex actis publicis testatum

(tz. tz.) In Autographo Myconii haec leguntur verba: „Do fiel des Pabst und des Teuffels, der ihn reitet, Kram gar in Dreck. Der Sophist, D. Melchior Klinge, trollte sich; der Prediger-Mönch, Licentiat Balthasar, zeucht gen Würtzburg, Doctor Ochsenfurt starb hernach. In Summa, die Dach-Blumen verwelkten für der Hitz und Glantz der Sonnen Gottes Worts."

(aaa.) Joh. Matth. Schroeckii christliche Kirchengeschichte seit der Reform. Tom I p. 384. sqq.

(bbb.) Seckend. l. c. L. II. §. XXXVI. p. 100 sq.

fecit, Myconium, quum alii in Saxonia, sic dicta, Electorali et regionibus Misnicis, alii in regione, quam vocabant, Australi, alii in Franconia, qua Saxonici juris fuit, alii in Thuringia constituti essent visitatores, haud postremum in numero eorum fuisse, quibus visitatio in Thuringia, in qua ipsum hujus rei initium factum est, demandata fuit. Oborta hoc tempore jam erat controversia de sacra coena inter eos, qui et sacris a Luthero emendatis addicti erant et Helveticam sequebantur formulam, heu nimium diu, et summo cum partium studio agitata, ad quam sedandam quum Philippi, Hassiae Landgravii, auctoritate circa festum Michaëlis anni MDXXIX Marburgi (ccc.) praecipui

(ccc.) De hoc colloquio cf. Seckend. l. c. Lib. II. Sect. 17. § XLVII. p. 137. sq. — Sckroeckhius l. c. p. 429 sqq. — Walchius in libro, cui titulus est: Histor. und Theol. Einleitung in die Religionsstreitigkeiten, welche insonderheit ausser der Evang. Luth. Kirche entstanden, Tom. III. p. 12. sqq. Myconii vero hac de re relatio legitur in ejus Autographo hist. p. 89 sqq. his verbis:

„Um Michaelis 1529 sey dieser Gelehrten-Convent vom Landgrafen Philipp veranstaltet worden, zu versuchen, ob durch freundliches Colloquium und Disputation die greuliche Spaltung und Zwietracht von dem heiligen hochwürdigen Sacrament, die erstlich Carlstadt erreget, Zwinglius und Oecolampadius ausgebreitet hatten, in Eintraechtigkeit moegt gebracht werden. Und kamen, faehrt der Verfasser fort, aldo zusammen auf D. Martin Lutheri Theil, von Wittenberg: D. Martin Luther, D. Creuziger, Magister Georg Rorarius, Phil. Melanchton, Friedrich Mecum von Gotha, Justus Menius von Eisenach, Eberhardt von der Thann, Ambtmann zu Wartburg, Johannes Brentius von Schwaebisch-Hall, Osiander von Nürnberg, D. Stephanus Frosch, D. Franciscus Lampertus, M. Adam Fulda zu Marpurg, M. Gerhardus Schnepfius und andre mehr. Auf der Sacramentarier Seiten waren: Doctor Ulrich Zwinglius, D. Joannes Oecolampadius, Martinus Bucerus, Dionysius Melander, D. Caspar Hedio, Er Jacob Sturm von Strassburg, der Bürgermeister von Basel, der Bürgermeister von Zürch u. s. w. Erstlich wurd ein privatum Colloquium angericht zwischen Phil. Melanchthon u. Oecolamp., u. zwischen D. Mart. Luth. u. Zwinglio. Aber es wurd kein Concordia, allein dass Oecolampad. ihm bald musste nehmen lassen die Argumenta von Est, id est, significat; item vom Caro non prodest quicquam. Aber endlich stund er

utriusque partis theologi colloquendi causa convenissent, Myconius quoque semetipsum in indice eorum nominat, qui in illo colloquio a Lutheri partibus steterint. Sequitur hunc annum memoratu ille dignissimus, quo comitia Augustana emendatorum sacrorum auctoribus atque cultoribus gloriosissimum aperuerunt campum, in quem quum Myconius praesens exspatiari non posset, eo magis absens totum animum conjecit, quod eo facilius fieri potuit, quum Melanchthon per literas (ddd.) amicissime ei significaret quid in il-

drauff: Wär' es ein Corpus, so müsst es in loco seyn; könn nicht zugleich im Himmel u. auf Erden in der Hostia seyn. So ein grosser Leib kunt nicht in so kleiner Hostia, noch an so viel Orten seyn; derhalben musst er seyn zur Gerechten des Vaters; aber hie wär er als in einem Gedächtniss Denkzeichen, u. s. w. Aber Lutherus sagt: dass er dieses zuliesse, wenn man von ander Leib, oder ein Corpore, als Holtz u. Stein redet; aber vom Leib Christi könnt er's nicht zulassen, denn do stünd das verbum: Hoc est corpus meum! et, non est impossibile apud Deum ullum verbum etc. Hernach wurd durch 3 Tag öffentlich disputirt ins Landgrafen und aller obbemeldter Herren Beyseyn, dobey auch sonst viel ehrlicher Leut waren. Lutherus erhielt den einfältigen gemeinen Verstand der Wort. So konnten doch die Sacramentarii ihre Meynung nicht erhalten. Hernach ueber etlich Jahr ward zu Wittenberg ein Sentenz gestellt, welchen beyde Theile unterschrieben. Gott woll wirken, dass die ungegründte Zwinglische Meynung jedermann, dem sie eingebleuet, wiederum entnommen werde.

(ddd.) Par hac de re Melanchth. epist. in collectione Snegassiana asservatum est, et quum haec collectio rarissime occurrat, pergratum me lectoribus facturum putavi, qui utramque epistolam, quarum altera decimae, altera undecimae numero signata est, denuo hic typis exscribendam curaverim.

Epist. X.

Venerabili Viro D. Friderico Myconio,
Gothensis Ecclesiae Pastori, suo amico.

S. D. Amplius sex hebdomadis hic desedimus, priusquam veniret Caesar. Deinde venit pridie corporis Christi, quod faustum felixque sit. Statim vetuit nostris ne concionarentur. De ea re toto triduo disputatum est: tandem decursum est eo, ut Imperator interdiceret conciones et nobis et Adversariis. Sibi retinuit jus con-

lis comitiis ageretur. Atque huic cum summis sui temporis viris commercio tribuendum quoque videtur,

stituendi concionatoris, sed ea lege, qui recitet nudum Evangelium. Sic hodie factum est. Haec sunt principia nostrarum actionum, quae bene vertant. Praeterea nihil adhuc agi cognovimus. Neque sane quam spem vobis ostendere possim, intelligo. Nihil est in aula Caesaris ipso mitius Caesare. Alii omnes acerrime oderunt nos. Legatus Pontificius Campegius hortatur Caesarem, ut bellum suscipiat contra nos. Et putant hoc agi Italicis artibus, ut Caesari in Germania negotium faciant. Ego pertentavi unius atque alterius ex Hispanicis Scribis animum: quantum proficiam, videro. Nihil enim adhuc pro ittere possum. Magnum omnino periculum est: quare orabitis Christum, ut nos servet, et donet pacem. Antiochus sic satis adhuc quidem regi se patitur. Et fortasse esset futurus in officio, si nos aliquid aequi impetraremus. Vale. Augustae, Dominica post festum corporis χριςῦ. (1530.) Philippus.

Ep. XI.

D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gotthensis.

S. D. Nihil adhuc in his Comitiis actum est, praeterquam quod confessio nostra exhibita est, quae publice in consessu principum lecta, dicitur tamen aliquos dimisisse placatiores. Variae sententiae de nobis a Principibus dictae sunt: sed nulla adhuc promulgata, quia Eccius et Faber et alii istorum Complices, priusquam pronuncietur, exhibebunt Imperatori Confutationem nostrae Confessionis. Accipio tamen, parum clementem sententiam nobis expectandam esse. Caesar postulabit ut sibi judicium totius rei permittamus. Id si facere gravabimur, mandabit omnes veteres ritus ac mores restitui, et ut restituamus, armis coacturum se esse minabitur. Quod si non mitigabit hanc sententiam Caesar, magno in periculo versatur tota Germania. Hispanici proceres praeclare et sapienter responderunt Caesari, consulti de nostra causa: videlicet, si quae nostrae opiniones pugnent cum Articulis fidei, hortentur Imperatorem, ut universam suam potentiam conferat ad delendam hanc factionem. Sin autem solum externae humanae ordinationes mutatae sint, nihil faciat violenter. Verum ut certo scire possit, utrum nostra doctrina pugnet cum Articulis fidei, an verotantum humanas ordinationes aliquas labefaciat, committendam esse rem bonorum et doctorum et neutri parti addictorum judicio, sed paucorum. Mire mihi placet haec sententia. Vale. Ora χριςὸν pro nobis. 10. die Julii. Salutat te Islebius.

Φίλιππος.

quod Myconii auctoritas in dies crefceret, et quum anno MDXXXIII. visitationes ecclesiasticae in Saxonia iterarentur, etiam Myconius ad eas in Thuringia iterum instituendas vocabatur. Copiosius hac de re egit Seckendorfius l. c. Lib. III Sect. 7. § XXV. Addit. III pag. 70 fq. Et quum inter alia maxima ubique difficultas, ut ex literis Justi Jonae ad Spalatinum percipitur, circa salaria pastorum deprehenderetur, quia non solum plebi a superioribus cleri exactionibus liberatae persuaderi non poterat, ut pastoribus multum de suo contribuerent; sed etiam e nobilibus quidam parum pie obtenta libertate utebantur, a quibus extorquendum fuit, quod ex bonis parochiarum invaserant; Myconii quoque diligentia atque sinceritas egregium hic nactae sunt locum, quae summis laudum praeconiis dignisfimae evaderent (e e e). Quibus peractis non minus singulare fuisfe perhibetur Myconii studium in pace inter eos concilianda, qui jam e colloquio Marburgensi admodum infensis abierant animis. Conventus fcilicet, (cf. Seckendorfius l. c. Lib. III Sect. 15 § XLVII. p. 129 fqq. Bosfeckius l. c. p. XVII. et Myc. Rediv. p. 41 fq.) praecipuorum utriusque partis Theologorum anno MDXXXVI. Isenaci, (Bosfeckius scripsit Jenae,) instituendus erat, qui vero minus commodae

(e e e.) Ipse Myconius in Autographo hist. p. 53. de molestis laboribus, qui in visitandis ecclesiis exantlandi fuerunt, haec memoriae prodidit.

„Alle Pfarren im Land zu Thüringen hab ich neben Er Philippo Melanchthone, Justo Menio, Christoph von der Plaunitz, Georgen von Wangenheim und Johanne Cotta, (Isenacensium consule,) helffen visitiren und constituiren, mit grosser Sorg, Mühe und Arbeit: dass nun jede Pfarren ihren Lehrer und gewiedembt Einkommen hat; jede Stadt ihre Schul, und was zur Kirchen gehöret. Ach! lieber Herr, Gott, du hast geben, dass es wohl angericht ist, gib dass es auch wohl gehalten und erhalten werde.“

In Antonii Probi orat. etc., cf. Myc. Rediv. p. 38., referuntur haec verba ad eam potisfimum ecclesiarum Thuringiae visitationem, quae post Ducis Georgii mortem habita est.

Lutheri valetudinis causa primum Grimmam, deinde Vitebergam translatus est. Et quum Myconius ipse in literis ad Vitum Ditericum, Norimbergensem Pastorem, datis latius exposuerit ea, quae hoc in colloquio acta et disceptata sint, quumque haec quoque epistola haud vulgare Myconii ingenium testetur, temperare mihi non potui, quin aeque ac illam, quae supra p. 10 ſqq. legitur, totam narrationi meae ex historiae Gothanae supplemento tertio p. 114. ſqq. interponerem (fff.).

„Optimo et Doctiss. V. M. Vito Dietrich, ad D. Sebaldum Nurmbergae pastori ovium Christi, amico suo vero.

Gratiam et pacem per Christum. Literas tuas mi Doctisſime et Ornatisſime D. Vite, obtulit mihi Flidnerus civis noster, simul efferens in coelum cum tuam, tum aliorum erga se voluntatem bonam. Et ago tibi imprimis gratias, quod hunc ad amicum scribendi laborem subiisti, et opto ut hoc quoque donum Domini tibi perpetuum sit. Multi enim hodie sunt etiam ex doctisſimorum numero, qui adeo torpent, ut vix literis oppresſi vocem reddant, sed tu Lutherum et Philippum, Patres et Praeceptores nostros, imitaberis, qui quam sint in hoc officio alacres, nosti.

De conventu nostro Witebergae, de quo jubes me tibi omnia scribere, quanquam nihil dubitem, te ex Reutlingensibus, qui per vos ad suos redierunt, et ex aliis omnia didicisſe: tamen ne tibi desit meum officium, et certo experiare meum in te studium et

(fff.) Edidit etiam hanc epistolam D. Nicolaus Selneccerus anno 1581 cum praefatione memorabili ad Petrum Ulmerum, Abbatem Bergensem. Germanice versa exstat Tom. VI. Alt. fol. 1050. et ſeqq. et in hist. Augustanae confesſionis, quam idem D. Selneccerus cum D. Timotheo Kirchnero et Martino Chemnitio anno 1583. composuit. cf. Seckend. l. c. Lib. III ſect. 15. § XLVII. p. 129.

animum propensum, haec breviter accipe. Valetudo Lutheri effecit, ut conventus ab Isenaco Grimmam transferretur, sed Witebergam videndi desiderium hospites eo pertraxit, ut praemisso tabellario juberent Crucigerum et Philippum domi subsistere, malle se ibi coram ad satietatem usque cum tam diu desideratis Patribus agere omnia, quam alibi de multis divinare potius quam intelligere. Decima septima Maji venerunt Gotham ad me, Doctor Wolfgangus Capito, Martinus Bucerus Argentinensis et Bonifacius Wolfhardus Augustinensis, quos quantula potui excepi humanitate: et quia Bucerum Marburgi antea conveneram, audiveram et exercueram etiam, Capitonem vero ex fama tantum nossem, videram autem, ingenio esse placido et tractabili, coepit inter nos de tota controversia de praesentia corporis Christi post coenam sermo, ubi illis nostram sententiam breviter ac lucide exposui, a qua non essemus, nisi scripturam contemnere vellemus, discessuri. Et videbatur mihi Capito nonnulla discere, de quibus antea fuerat dubius, et Bucero aliqua videbantur clariora fieri, quam fuerant. Itaque juvandi eos gratia, summo mane in chartam ea congessi, quae diligenter expendenda obtuli illis, quae cum excussissent, non potuerunt non fateri, hanc sententiam nostram et scripturae sacrae et purioris Ecclesiae sanctis patribus conformem esse. Venerunt deinde etiam reliqui, cum quibus ego et Justus Menius noster recta Wittebergam contendimus, et in itinere utrinque ad satietatem usque reddidimus rationem fidei et spei nostrae. Non praeteriit hora, quin in ea aliquid invicem interpretaremur; et fortissime convicimus: P a n e m i l l u m c o e n a e n o n e x d i g n i t a t e v e l i n d i g n i t a t e, v e l s u m e n t i u m v e l d a n t i u m, e s s e e t d i c i v e r u m i l l u d c o r p u s C h r i s t i, q u o d t r a d i t u m e s t p r o n o b i s etc. s e d t a n t u m e x v i r t u t e e t p o t e n t i a e j u s, q u i s u m s i t i l l u m

in manus suas, Christi, et dixit: hoc est corpus meum. Sed quid hic te eneco narratione rerum in itinere gestarum. Mitto tibi exemplum meae sententiae, quam, priusquam Witebergam pervenimus, amplexi sunt mecum singuli. Imo non meam, sed ecclesiae Christi. Pervenimus Witebergam Dominica, quam vocamus Jucunditatis, ubi nos primum adiit Dominus Philippus retractus per literas ex itinere ad Grimmam pergens, cui meus quidem et Menii adventus gratissimus fuit. Sed Buceri et Sodalitii ejus accessus non admodum gratus esse videbatur, cum quod de concordia spem abjecisset, tum quod Epistolae Zwinglii et Oecolampadii sub hoc ipsum conventus hujus tempus prodiissent, quae optimum principem et D. Lutherum ita irritaverant, ut nihil minus sperare possemus, quam quod concordia serio quaeri aut optari, credere possent, aut ullo modo sperari. Verum cum Menius et ego exposuissemus illi, quae et Gothae et in itinere audivissemus, resumsit Philippus animum, et nos priores jussit Lutherum accedere, et illi, quae acta essent significare. Retinet nos ad coenam Lutherus, et usque ad mediam noctem de rerum summa colloquimur, et edocemus, quae in itinere concessissent nobis disputantibus. Sed vix obtinuimus, ut crederet ex animo haec ab illis dicta factaque fuisse.

Vicesima secunda Maji mane hora septima, adierunt solum soli, Bucerus et Capito, sed de quibus rebus in primo congressu contulissent, ex actione posteriore claruit.

Sub horam tertiam post meridiem in aedibus D. Lutheri convenerunt ex nostra parte Lutherus, Pomeranus, Jonas, Crucigerus, Menius et ego, adfuit etiam Wellerus et Magister Georgius Diaconus: ex al-

tera tantum Capito et Bucerus. Ibi cum ſedisſemus, et datum Bucero esſet ad ea, quae Lutherus mane proposuisſet respondendi officium: ille longa et verbosisſima oratione primum exposuit, se suo et aliorum nomine gaudere de hoc conventu, et quod sibi Witebergae magis quam alio loco daretur suae sententiae explicandae commoditas. Deinde recensuit, quemadmodum toto triennio aut quadriennio laborasſet, ut omnes in unum rursus corpus rediremus, atque eandem de Eucharistia sententiam conferremus, doceremusque. Item oeconomiae Ecclesiasticae rationem et formam eandem unanimiter constitueremus.

Respondit Lutherus, se nihil tam cupere, quam ut vera, solida et firma inter nos restitueretur concordia. Verum dum prodiisſent illius consensu vel opera epistolae Zwinglii et Oecolampadii, quae multa impiisſima dogmata vulgarent, et illis esſet praefixa Buceri Epistola, et deinde alii libelli, quibus ea doctrina, quam cum Apostolis et ecclesia defendimus, impugnatur: non posſe videre se, quomodo firma et solida posſet fieri concordia inter tam contraria docentes et conantes, dum scilicet aliud hic coram dicturi esſemus et audituri. Rursus hujus diversum et plane contrarium libris illis ageretur. An id forte ideo facerent, quia vere et ex corde a nostra sententia de praesentia corporis Christi disſentirent: vel forte domi non liceret illis propter furorem seducti vulgi aliud facere, ipsi viderent: Sibi magis commodum esſe videri, ut causa in eo loco et statu, quo nunc esſet, maneret, quam ut specie aliqua fucata et ſimulata concordia causam per se malam facerent centuplo deteriorem, neque enim vel coecos vel elingues futuros posteros, qui hunc fucum ferrent et non detegerent. Et si mundum fallere posſemus, quis falleret oculos et aures Domini omnia audientis?

Bucerus prolixe, sed confuse satis (ut vehementer hac oratione turbatus) primum persuadere voluit, nihil hic minus quam fucum adesse, cum et coram magistratibus, totisque ecclesiis ac etiam in conciliis superioris Germaniae, doctorum conventibus hanc suam sententiam testati sint et testentur voce, verbo, scripto, libris et publicis concionibus. Et recensuit quae Munsterensibus superiore anno, item Abrincensi hoc anno respondisset. Declaravit deinde, se inscio, imo prohibente, epistolarum Zuinglii et Oecolampadii volumen vulgatum: neque id, quod praefixisset typographus, praefationem esse, sed epistolam, longe in aliud priore anno ad quosdam scriptam, ubi nihil minus somniasset, quam quod unquam typis excudi et vulgari deberet, et retorsit tam ipse quam Capito omnia in typographorum avaritiam et improbitatem.

Lutherus iterum pro suo more ardenter exegit, ut omnino aut solida, aut nulla fieret concordia. Ad quod sibi videri duo praecipue fore necessaria, primum, ut diversam sententiam ab ea, quae Christi et Apostolorum ac Ecclesiae esset, quam hactenus docere, inculcare, et persuadere conati fuissent, recantarent et revocarent publice. Deinde veram sententiam exinde concorditer nobiscum docerent. Se enim non posse non exsecrari sententias illas Zuinglii et Oecolampadii de originali peccato deque sacramento. Et exstare adhuc ac vulgari eorum libris voces illas: Deus Impanatus: Caro non prodest quicquam sc. Christi: hoc significat corpus meum, i. e. corporis mei figura, et similes, quae omnes id vellent: Panis coenae non est corpus Christi: Vinum coenae non est sanguis Christi. Ut ut personas ipsas committeret divino judicio; tamen blasphemias has nullo modo posset non exsecrari et damnare.

In alia vero parte jam semper ad nos accedendo vel redeundo fecisſent gradus quosdam. Primum confesſi esſent, non esſe hunc panem per omnia similem aliis panibus, et vinum illud vino communi, sed esſe ſignificativum et memoriale absentis corporis Christi etc. Deinde adhuc propius accesſisſent, confitendo, est corpus Christi et est sanguis Christi, sed spirituali modo, praesens, id est, sedet ad dextram Dei, sed tamen spiritus speculatione et cogitatione facit eum praesentem huic pani vel vino, quasi si Hectora facias praesentem in tragoedia, in persona aliqua tragica. Postremo autem adhuc propinquius, (inquit,) acceditis asſeverando mecum Coburgi, et nunc in quibusdam libris idem ſcribitis, hunc panem esſe corpus Christi verum, naturale, substantiale etc. atque sumi etiam ore eorum, quibus offertur, sed tamen ita, si sint credentes et discipuli Christi. Verum incredulis si offertur, non est nisi panis et vinum, atque ita est corpus Christi non ex potentia instituentis et dicentis Christi, sed magis ex virtute nostrae fidei et cogitationis, quae efficit, ut Christus, qui est ad dextram patris, sit fidei nostrae praesens, si credamus. Verum si non credimus, non potest esſe praesens, sed est illis, qui non credunt, tantum vacuum signum. Jam ibi necesſe est, ne ulla dubitationis aut suspicionis materia relinquatur utrinque, ut explicetis nobis, vos et reliqui vobiscum huc misſi: an ex institutione instituentis Christi hunc panem et hoc vinum esſe corpus illud Christi, statuatis, quod traditum est pro nobis, et sanguinem illum, qui pro nobis fusus est, sive minister offerens aut accedens sumens dignus sit, sive indignus. Quia Evangelistae verbis illis: h o c e s t c o r p u s m e u m; et h i c c a l i x e s t s a n g u i s n o v i t e s t a m e n t i etc. testantur, Christum praeposuisſe voculam illam, dicens. An ergo verum est, quod dicit, an falsum? An tunc verum fit, quando credimus? oportebit etiam

confiteri vos, quod indifferenter offeratur et sumatur a piis et impiis, credulis et incredulis, hypocritis et sinceris, sive ut Paulus loquitur, dignis et indignis. Sed tamen dignitas et indignitas sumentium nihil mutant de institutione dicentis Christi etc. Ita ut in manu indigne dantis, et ore indigne manducantis tamen vere sit illud, quod Christus esse dicit, sc. corpus suum et sanguinem, non quia datur et creditur, sed quia Christus jubit et dicit. De iis deliberent, et cras quid confiteri possint, aut velint docere nobiscum, inter se conferant, et feria quarta, quae fuit 23. Maji, respondeant. Feria quarta post vocem Jucunditatis, quae fuit 23. Maji, hora tertia post meridiem, omnes utriusque partis ad aedes Lutheri convenimus. Ubi cum sedissemus omnes, repetiit breviter quae pridie proposuerat Lutherus, et quaesivit, an revocaturi essent, si quis quicquam diversum a sententia Christi, scripturae et ecclesiae ullo modo docuisset. Deinde sententiam de vera praesentia in vel cum pane coenae Domini, corporis Christi, quam nobiscum vellent constanter et concorditer docere, explicarent, et probatam facerent nobis.

Bucerus primum confessus est, se olim quaedam non satis clare et explicate intellexisse, neque satis probate docuisse, quae statim, ut didicisset, correxisset, revocasset et recantasset suum errorem. Atque vellet in posterum, ne cui esset erroris causa, revocare, recantare ore, scripto, et quovis modo. Deinde quod ad explicationem verae sententiae de vera praesentia corporis Christi in vel cum pane coenae etc. attinet, se suo et aliorum, quorum vota et sententiam haberet cum ex Helvetiis tum Plauteri, confiteri: hunc panem vere esse corpus Christi, hoc vinum vere esse sanguinem Christi, eaque vere offerri per ministrum Christi indifferenter omnibus sumentibus, ni-

si institutio et verba Christi corrumperentur. Vere etiam sumi corpus et sanguinem Christi, naturale illud, substantiale etc. non tantum corde, sed etiam ore sumentium, qui digne, ad salutem, qui indigne, ad judicium. Verum ubi diceret, impios non sumere, hoc vellet intelligi: si Turca vel Judaeus, aut mus vel vermis corroderet hostias illas a Papistis cibariis inclusas, ubi nullus actus fit, qui est a Christo institutus, etc. hoc tantum in pane fieri, tantum panem esſe, non corpus Christi, neque hoc in corpore Christi fieri. Solum crasſam hanc localem et naturalem manducationem corporis Christi se voluisſe negare. Verum illam, quae est institutionis Christi, ut supra explicasſet, hanc fateretur et doceret, atque esſet docturus. Si quid non satis explicate diceret, interrogarent particulariter, vellet ſe et suam sententiam clarius et uberius exponere.

Deinde Lutherus singulos seorsim interrogat, omnibus reliquis audientibus, ubi singuli, se idem, quod Bucerus explicasſet, confiteri, sentire, docere, defendere asſeverabant. Et jam toto anno se haec docuisſe, et exinde docere velle, responderunt. Et rogabant, ne ullum fucum his subesſe suspicarentur. Quidam etiam addiderunt, in suis ecclesiis publico edicto a magistratibus poenas cautas in eos, qui negarent veri corporis Christi cum pane veram praesentiam etc. Et precabantur omnes obnixe ut quoniam per omnia agnoscerent, veram esſe confesſionem et Apologiam Augusto Caesari exhibitam, in concordiam et vincula illa unius fidei et ſolidae fraternae charitatis, ut commembra in Christo, reciperentur. Decere enim, ut qui unum caput agnoscimus, et unius etiam Christi doctrinam pariformiter adoramus, etiam inter nos alter alterius se commembrum esſe fateamur.

Lutherus deinde cum suis in cubiculum discesſit, quid porro faciendum foret cum illis deliberatu-

rus. Ubi rogati singuli sententias dixerunt, Pomeranus, Jonas, Crucigerus, Wellerus, Philippus, Menius et ego Fridericus Myconius, ibi tandem respondimus quasi uno ore: Si ita ut confessi erant, corde crederent, ore confiterentur, atque ecclesiam haec eadem, hocque modo docerent, atque deinde docere vellent, dandam illis pacem esse. Verum adhuc semel explicate illis exponeret: An etiam illum ipsum panem, qui a ministro Christi cum verbis instituentis Christi indignis, ut vocat Paulus, datur, et ab eis sumitur, vere fateantur esse corpus Christi. Sicut vere est nomen Domini, quod impius contra secundum praeceptum tabulae primae Moysis accipit in vanum: Neque fit non nomen Domini ex ejus abusu. Et Judas vere amplexatur in horto Christum, et osculatur eum: Neque fit non Christus ex tanto abusu et traditione impiissima, etc. Tunc regressis nobis, et omnibus residentibus, Lutherus omnia non sine ingenti spiritus alacritate, quae etiam ex oculis et toto vultu resplenduit, recensuit. Ubi cum id quod res ipsa est: panem corpus Christi ex potentia et virtute instituentis Christi et dicentis divina majestate, faterentur, sive indigni abutantur, sive digni utantur illo, pacem dedit et accepit, factaque est et sancita inter nos praesentes, concordia. Proruperunt lacrymae Capitoni et Bucero, et utrinque cancellatis manibus et gestibus piis Deo gratias egimus. Et jussi sunt prudenter et sensim diversam sententiam, si adhuc in aliorum cordibus haereret, eximere, et hanc certam et veram sententiam Ecclesiis proponere, et quantum Spiritus Domini adjuvaret infirmitatem nostram, clare exponere. Quod si haec vox, impii accipiunt verum corpus Christi, apud suos, rudibus intolerabilis videretur, uterentur interim ea, qua Paulus usus est, Indignus: verum rem ipsam explicarent, sive dicerent pro impiis, increduli. Datae sunt dextrae utrinque et discessimus ad nostra hospitia.

Feria quinta, Ascensionis Domini.

Hoc die nihil est actum, nisi quod auditae sunt conciones Welleri, Friederici Myconii, Menii, et ad vesperas Lutheri spiritualissimae, de verbis illis Marci: Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae, etc. Audivi antea Lutherum persaepe, sed nunc mihi ex ipso coelo non loqui, sed tonare nomine Christi videbatur.

Actum est etiam ea die de formula Concordiae in sententia Eucharistiae, et Philippo datum negotium, ut eam conciperet.

Sexta feria post Ascensionis, quae fuit 25. Maji.

In diversorio viduae Christiani Goldschmids propositum est Bucero et sociis ejus exemplum confessionis, quam utrinque agnosceremus. Sed quoniam pauci utrinque aderamus, neque causa solum nostra, sed etiam Principum, Ecclesiarum, et aliorum pastorum gregis Domini esset, nunc sicut nos qui coram essemus, de una eadem vera, et Catholica sententia concordaremus: Ita opus esset, ut scripto et exemplo referremus haec ad absentes, ut et illi nostris sententiis suam adderent. Quod nos facile speramus impetrare nos posse a nostris. Illi idem apud suos quaererent. Deinde possent duo ad nos mitti, vel ex nostris duo ad eos, ut ita subscriberetur, et ederetur, publico et omnium communi nomine ad omnes Ecclesias, de nostra in hac controversia concordia.

Postremo per omnia testati sunt, se diligentissime omnia ea, quae confessio Augustana et Apologia edita contineret, defensuros, docturos et observaturos etiam.

Eadem die post prandium. De baptismate parvulorum admoniti sunt, eo quod aliqui dicerentur neg-

ligentius curare baptisma parvulorum. Alii delati essent, quasi sine aqua baptizarent. Reliqui etiam docerent, parvulos non credere. Ibi reddita est ratio, quod in Ecclesiis suis servaretur ritus a Christo institutus et traditus sub Apostolis, qui sc. aqua baptizarent in nomine P. et F. et Spiritus S. Quod autem Dominicis diebus baptizarent, vel etiam aliis post concionem adhuc frequente Ecclesia praesente id eo fieret, ut praesente Ecclesia accederet maior huic ministerio et Sacramento majestas, et auctoritas, contra Anabaptistas. Verum nullum parvulum negligerent, qui si de vita periclitetur etiam tunc baptizaretur. Tamen non negarunt, tempore hyemis, ne recens natus parvulus intemperie aëris denudatus laederetur, se denudatum caput tantum aqua perfudisse et baptizasse.

Ibi Lutherus respondit, quod Picardi servarent hoc modo Baptisma, quod aliquis volas manuum tantum aqua madefaceret, et contingeret faciem baptizandi dicens: Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

De fide parvulorum requisiti, dicit Bucerus aliorum nomine, eos non habere intellectum talem, quo verba capere et intelligere posſent, etc. Ibi tandem nobiscum, et cum Luthero consenserunt, quod parvuli per baptisma sanctificantur, regenerantur, abluuntur a peccato, et conscientia mala, inseruntur morti et sepulturae Christi, renovantur, et regno Christi inaugurantur.

Nam differenter se habent.	Parvulus recens natus. Fidelis vivens et actualiter de promisſione cogitans. Fidelis dormiens, aut aliud agens, quam quod cogitet de promisſione.	Tamen quilibet horum est vere fidelis et sanctus, sed suo quisque modo. Neque enim increduli aut impii sumus dum dormimus etc.

Haec sententia omnibus placuit, quod sc. hic in baptismo daretur parvulis novitas, novus intellectus, nova vita, et fiunt initium aliquod, et nova creatura Dei.

Jussi sunt deinde exponere suam sententiam, de officio magistratuum, et quatenus se illorum extenderet autoritas. Audissemus enim quosdam ita subiicere ministerium, et gloriam Christi magistratibus, ut docendum, credendum et faciendum putarent, quicquid magistratus etiam impiissimum statueret, et pugnans cum scriptura, ut se non ministros Christi, sed prorsus hominum ostenderent. Deinde alii plane seipsos gererent pro magistratibus, quasi dum eis consessum est ministerium verbi, sibi etiam jus gladii et regiminis delegatum esse putarent, cum haec duo ministeria velut coelum et terra essent disjunctissima. Ibi acceperunt de hac re deliberandi inducias usque in sequentem diem: sed sequenti die oblatum est illis scriptum de magistratus auctoritate, quod probaverunt, sed tantum subscriptum est Lutheri, Pomerani, Philippi, Crucigeri nomen. Exemplum iam hujus non habeo, sed post si volueris etiam mittam tibi. Ecce habes, mi Vite, totam actionem conventus nostri, quam verbose satis descripsi. Sed tu pro tuo candore haec omnia boni aequique consule, et communica ea amantissimis et optimis fratribus nostris, Doctori Wenceslao Linco, D. Andreae Osiandro, Thomae Venatorio, et Erasmo Ebnero, et si quibus tibi videtur commodum aliis.

Datum Gothae 1536. Dominica Trinitatis.

Dominica post Ascensionis M. Matthaeus Aulberus Reutlingensis mane, Bucerus meridie, Lutherus vesperi concionati sunt (ggg.) ad Ecclesiam. Et ut

(ggg) De his Buceri et Lutheri concionibus Seckendorfius l. c., sc. Lib. III Sect. 15. § XLVII. p. 131. haec narravit.

testarentur, se cum nostra Ecclesia sentire, sacram communionem sumserunt Capito et Bucerus." Eodem hoc anno, quo Vitebergae haec agebantur, ab Electore Saxoniae Luthero negotium exarandorum articulorum, in quibus doctrinae evangelicae adumbratio exhiberetur, injunctum est hoc concilio, ut, si pacis componendae conditiones essent ferendae, hac ratione facillime appareret, quibusnam in rebus salva veri evangelii confessione pontificiis aliquid concedi posset. Lutherus, qui hosce articulos lingua germanica conceperat, Smalcaldiam sequente anno eos detulit, ubi etiam Myconius hisce articulis et libello de potestate et primatu papae cum reliquis, qui aderant, theologis eximiis subscripsit (hhh.). Pervenimus nunc ad illam

„Haud illepidum neque inutile fuerit ex Ms. Razebergii n ratiunculam de Bucero et Luthero adscribere. Eo die, quo Bucerus concionatus erat Wittenbergae in templo parochiali, ad coenam vocatus erat a Luthero; ubi hic inter alios sermones concionem ab illo habitam collaudavit, addens tamen, se meliorem concionatorem esse. Id, licet insolenter dictum videri potuisset, comiter Bucerus accepit, et omnium testimonio laudem illam Luthero deberi ultro concedebat. Sed Lutherus jam serio loquens: Ne putes, inquit, me inepte gloriari, conscius mihi sum tenuitatis meae, neque tam ingeniosam et eruditam concionem, qualem hodie ex te audivimus, habere noverim: sed hunc morem servo, ut, conscensa cathedra, considerem, quos auditores habeam, et quia plerique eorum ex plebe sunt, rudes et simplices, (Henetos et Vandalos vocabat, Wenden, quae natio olim illum tractum incoluerat,) propono et praedico, quae capere illos posse existimo. Tu vero alte nimis assurgis, et summum petis aërem, Spiritu, Spiritu; (Gaischt, Gaischt, pronunciabat dialecto Buceri Suevica vel Alsatica;) ita fit, ut conciones tuae eruditis conveniant, sed ab indigenis nostris percipi non possint. Cum his igitur ago ut fidelis mater, quae vagienti infanti ubera, quam potest commodissime, in os ingerit, et lacte illum potat, meliore cum illius refectione et alimonia, quam si pretiosissimos sacchari, rosarum aut alios syrupos ex officinis medicinalibus illi infunderet.

(hhh.) cf. Libri Symb. eccl. evang. e recensione

vitae Myconii partem, qua eum in summo quasi insignis industriae fastigio positum cognoscimus. Factum hoc est annis MDXXXVIII et XXXIX, itinere nostri Anglicano rebusque ejus in civitate atque academia Lipsiensi gestis memoratu dignissimis.

Henricus scilicet VIII., Angliae rex, qui anno jam MDXXXIV. (cf. Schroeckhius l. c. p. 535. sq.) pontificis romani principatum in Anglia abrogaverat, inde ab anno XXXV. repetitis vicibus cum Electore Saxoniae et theologis Vitebergensibus de religionis negotio agere perrexit, donec horum legatio in Angliam missa est. Atque in Angliam teste Seckendorfio (iii.) profecti sunt Franciscus Burcardus, Vicecancellarius Electoris Saxoniae (kkk.), Georgius a Boyneburg, e nobilitate Hassiaca, idemque jurium Doctor, et Fridericus Myconius. Quam subdole vero cum his actum sit, praeter Joach. Camerarium in narratione de Philippi Melanchthonis vita p. 177. aliosque, non solum Seckendorfius l. c. copiosius memoravit, sed in ipsius quoque Myconii autographo saepius ex-

D. Tittmanni p. 296. et 311. Ceterum Bosseckius l. c. p. XVIII. septem conventuum a Protestantibus Smalcaldiae annis nimirum 1529. 30. 31. 35. 37. 40. 43. habitorum mentionem fecit, et rectissime commemoravit, ipsum Myconium in autographo hist. p. 52. referre, se quater Smalcaldiae fuisse, quod etiam Sagittarius in hist. Goth. p. 171. adfirmavit, quibus autem annis hoc factum sit, invenire ipsi non licuisse.

(iii) L. c. L. III. Sect. 16. § LXVI. p. 180. cf. § XXXIX. p. 110 sqq, et Sleidan. Comment. L. IX. p. 243.

(kkk.) De hoc Burcardo, cujus memoriam nuperrime more suo egregie renovavit V. S. V. D. Danzius, in Myconii autographo historico p. 57. haec leguntur: „Franciscus Vinariensis, Vicecancellarius, darnach Cancellarius des Churfürsten zu Sachsen, Herzog Johanns Friedrichen, discipulus Philippi Melanchthonis, ist der feinste Orator gewest im Latein, als man diese Zeit in Germania haben moegen: Graece et Latine doctissimus, et Vir vere pius. Ist mit mir Friedrichen Mecum, anno 1538 ein gantz halb Jahr in Engeland geweset.“

citato ejusmodi hac de re legitur expositio (111.), qua luculentissime probatur, summa opus fuisse legatis

(111.) Cap. XII. p 57. sqq. l. c. hac de re Myconius haec memoriae prodidit: „Do stellet sich Koenig Heyntz VIII. als wollt er das Evangelion annehmen, verordnet drey Bischoff und vier Doctores Theologiae, nemlich Thomam Crammerum, Ertzbischoff zu Candelberg, den Bischoff von Lunda, den Bischoff von Cicester, den Doctor Dejum, Rectorem von Cantabrigia, Doctorem Nicolaum Hethum, Archidiaconum zu Candelberg, Doctorem Wilson, und Doctorem Robertum Barns, welche einen gantzen Sommer mit uns von der Confessione Augustana handleten, einen Artickel nach dem andern, also, dass sie nicht einen einigen Artickel mit Schrift oder Grund haetten tadeln koennen; sondern fast alle, doch ein wenig mit andern Worten, denn in der Augspargischen Confession stehet, alles mit ihren Handschriften bekenneten. Also, dass in gantz Engeland ein gemein Hoffnung ward, Christus würde alldo Platz und Raum kriegen. Liesse auch und geboth öffentlich das Evangelium rein zu predigen: aber man solt nichts desterweniger den alten Abgott, Winkelmess, eine Gestalt des Sacraments, die Ohrenbeicht oder Erzaehlung aller Sünd, die Pfaffen- und Nonnen-Keuschheit behalten, het ist, den End-Christ im Tempel Gottes sitzen lass, und Koenig Heyntzen lassen Pabst seyn. Und als wir mit guter Hoffnung abzogen, do offenbahrets sichs, dass es diesem Heyntzen nur um's geistlich Einkommen zu thun gewest: zerbrach die gülden und silbern Sarg, das reichste Kleinodie der Welt, S. Thomas Cantuariensis Grab, item, Maria de Bara Thalassa; nahm alle geistlich Gefaelle des Landes zu sich, setzet einen Collector drüber, den nennt er Cancellarium augmentationum, und trug jährlich etlich viel hundert tausend Gulden. Das war des Heyntzen Evangelion, das er suchet. Darnach verstiesse er die Hertzogin von Julich, sein Gemahl, wie er dreyen seinen Koenigin zuvor auch gethan, und nahm die fünfte. Und hat zuvor umgebracht XXVI. Herren im Land, etliche seiner nächsten Blutsverwandten, unter denen auch den Hertzogen von Bockenjam, den Bischoffen von Roffen. Hernach brächt er um den treuen, hochgelehrten, allergeschicksten Mann, den gantz Engeland hatte, Doctorem Robertum Barn, der zu Wittemberg viel Jahr gewesen, und Antonius Anglus genannt ward. Den verbrandt er mit andern zweyen Evangelischen Doctoribus und dreyen Papistischen Doctoren. Item, um dieselbe Zeit köpfft und viertelt dieser Nero seinen allerobersten, trewesten Diener, den Herrn Thomam Cromwellum, Dominum privati sigilli, der das Evangelium födderte, und dem Reich und König treulich fürgestanden hat. Und verbot, verbannet und vertrieb Christus Nahmen gar. Summa: Herodes ist nicht wider Christum,

prudentia atque dexteritate, ut a rege, qui modo cuilibet paratus simulationi perversi animi non erubuit invidia, modo saevissimo se vultu contra omnem pudorem munivit, tam honorifice in patriam redire possent, quam, licet re infecta, rediisse (mmm) perhibentur.

und Nero wider die Apostel so tyrannisch gewesen. Es waren auch mehr feiner gelehrter Bischoff diese Zeit in Engeland, welche der König und sein Bischoff, Stephanus Vintoniensis, ihrer Bistum um's Evangelii willen beraubten, als: Hugo Latimerus, vir omnium in sua lingua facundissimus; Doctor Cram, vir senectute venerandus, der etliche mahl am Feuer gestanden; Doctor Bullus, Regius Medicus; Doctor Stippius, Capellanus Regius. Doctor Joannes Tixtillus starb aus Trauern. Den Schulmeister Fridericum zu Londa liess der König darum, dass er Catechismum geleret, verbrennen. Et breviter: dieses Königreich ist wohl gefärbet und getünget worden mit Christen-Blut. Obgemeldeter (cf. nota kkk.) Franciscus Burggratus, Cancellarius, ward darzu gebraucht, dass die Hertzogin zu Cleve unserer Churfürstin Schwester, dem König vermaehlet ward. Aber der listig, heimisch tückisch König kunt mit seinen Simuliren und Dissimuliren jedermann betriegen.

(mmm.) Seckendorfius l. c. L. III. Sect. 16 § LXVI. Addit. I. literas ex Archivo Vinariensi typis exscribendas curavit, quibuscum Rex Angliae legatos ad Electorem Saxoniae remisit. Atque in his literis in honorem legatorum inter alia haec leguntur: „Ad aliquot menses hic apud nos egerunt praestantissimi viri, Dn. Franciscus Burgratus, (i. e. Burcardus) Vicecancellarius, Dn. Georgius a Boyneburg L. L. Doctor ac Dn. Fridericus Myconius, Vestrae Excellentiae ac Illustrissimi Domini Landgravii Hassiae, amici nostri integerrimi, Oratores, qui tam praeclara sanae eruditionis, prudentiae ac probitatis non vulgaris summique in Christianam pietatem studii argumenta praestiterunt, ut eorum consuetudo, quemadmodum nobis exstitit omnium quam maxime chara et accepta, ita ex hac, bene juvante Deo, certam jam spem concepimus, fructus successusque recte initis consiliis, coeptisque actionibus quandoque responsuros esse etc. — Et sub finem: Caetera ex iisdem Dnn. Oratoribus, dignissimis quidem, quorum fidei atque prudentiae maxima quaeque committantur, effusius cognoscet Eadem Excellentia Vestra, quae feliciter valeat. Ex Regia nostra prope Londinum, Kal. Oct. 1538.

Vester consanguineus et bonus amicus, Henry.

Petrus Vannes.

Quid igitur mirum, si anno jam sequente aeque insignis Myconio aperiretur campus, in quo quam egregie decertaverit, nunc enarrandum videtur.

Atque hic campus non in Francofurtensi quidem conventu, cui ineunte hoc anno (cf. Seckend. l. c. L. III. § LXIX. Addit 2 et 3 p. 204 sq.) interfuerat, sed in iis Saxoniae ei patuit regionibus, quibus adhuc nullus apparuerat vindex, cujus opera in evangelicam a pontificia tyrannide restituerentur libertatem. Anno enim MDXXXIX die XVII Aprilis morbo iliaco oppressus Dresdae vita excesserat Dux Saxoniae Georgius, princeps, sicuti Seckendorfius l. c. p. 212 rectissime monet, multis revera virtutibus inclytus, sed ob spretam, quae illi affulserat, evangelii lucem, infelicissimus. Cui quum frater natu minor, idemque inde ab anno jam MDXXV. formulae evangelicae addictus, Henricus, successisset, in provinciis, quae defuncti subjectae fuerant potestati, in Misnia videlicet atque in Thuringia, maxima sacrorum facta est mutatio. Non pepercerant quidem pontificii minis et blandimentis, quibus novi principis partibus suis proclivem reddere studuerunt animum. Sed Elector Saxoniae, Johannes Fridericus, e conventu Francofurtensi rediens, quum in itinere de morte Georgii certior esset factus, e vestigio domum properavit, nec cavit solum, ne Henrici ingenium a negotiis difficilioribus abhorrens et senio debilitatum importunis illorum postulationibus percelleretur, sed etiam alio quocunque modo eum adjuvit. Quo quidem auxilio, annuente summo numine, imprimis factum est, ut doctrinae pontificiae auctoritas in terris a Georgio relictis aboleretur, et Henricus regimen suum, non impeditus a provinciae proceribus, instituere posset. Sub his igitur auspiciis in ditione Henrici non solum visitatio ecclesiarum, quam Georgii a reformatorum industria

alienus adhuc impediverat animus, ad illarum normam atque exemplar est habita, quae in reliquis Saxoniae partibus annis jam MDXXVII — XXIX. et XXXII fuerant institutae, sed ipse quoque Elector primum Dresdam, deinde in alias quasdam provinciarum Henrici urbes praecipuas, Annaebergam potissimum atque Lipsiam profectus est, ut ibi instaurandis sacris evangelicis praesens opem ferret. Atque in itinere Annaebergensi praeter alios comitem sibi adjunxit Myconium, qui quidem una cum Henrici concionatore aulico, Lindemanno (nnn.), applaudentibus multis (ooo.) hominum millibus, iisdemque Annaebergensium erga doctrinam evangelicam benevolum mirifice testantibus animum, aedem hujus urbis atque dioeceos primariam professioni emendatorum sacrorum publicae die IV. Maji MDXXXIX, Dominica videlicet Cantate, solenni oratione consecravit, et quum a Luthero (ppp.) fidei nostrae fundamenta Lipsiae essent

(nnn.) Seckend. l. c. L. III. Sect. 19 § LXXII. p. 218. hac de re haec retulit: „Effecit etiam, (scil. Elector,) de quo maxime in literis d. 12. Maji ad Landgravium datis laetatur, ut se praesente Dom. Cantate d. 4. Maj in monte S. Annae, populosa et ex argenti fodinis opulenta tunc urbe, Evangelicae conciones haberentur, mane quidem a concionatore Henrici Lindemanno, a meridie vero a Myconio, quem adduxerat. Cf. M. Meieri libellus, cui titulus est: die Herrlichkeit des Annabergischen Tempels p. 194.

(ooo.) Seckend. l. c. p. 218 commemorat: ipsum Electorem Johannem Fridericum in fragmento historico (cf. p. 212. nota 4.) manu sua scripto adnotasse, incredibilem hominum multitudinem adfuisse. — Jus us quoque Jonas (cf. Seckend. l. c. p. 222.) Annaebergensium concursum ad audiendas conciones evangelicas vix satis laudare potuit, miratus simul, quod in oppido illo, vix ante annos quadraginta in mediis silvis exstructo, tantam frequentiam invenerit, ut ad sex hominum millia in templo numerata fuerint.

(ppp.) De Lutheri in Lipsiensium sacra emendata meritis Seckendorfius l. c. p. 218 in nota 5. ex Ms. Electoris (cf. nota ooo) haec retulit: „Convenerunt Lipsiae Elector et Henricus, et in festo Pentecostes d. 25. Maji abusus Pontificii in omnibus templis cessarunt, praedicato in omnibus

posita, dignus est habitus, qui cum aliis quibusdam egregiis viris sanctissimum illud opus a Luthero inchoatum continuaret atque perficeret. Prolixe satis Seckendorfius memoriam laborum, quos profitendi atque propagandi evangelii causa Lipsiae subiit Myconius, in historia Lutheranismi saepius excitata Lib. III Sect. 19. § LXXII. p. 218 sqq. conservare (qqq.)

(Deo sit laus) verbo Dei et administrato secundum ejus praescriptum Sacramento, celebrataque Missa Christiana. D. Martinus Lutherus ab Electore adductus aliquas valde pias conciones in arce et in aede parochiali habuit, quod utique pro magna Dei gratia aestimandum est. Sic impletum fuit vaticinium Lutheri, multos ante annos pronunciatum, dicentis: Video Georgium Ducem non desinere verbum Dei ejusque praedicationem et pauperes Lutheranos persequi, imo in dies vehementiorem fieri, sed durabit mihi vita, ut illius totam stirpem a Deo extinctam videam, et ego Lipsiae verbum Dei praedicabo etc. Addit Seckendorfius: hoc, considerato priori Lipsiae statu, prodigiosum erat. Primam concionem Lutherus habuit in sacello arcis profesto Pentecostes, quae extat Tom. VII. Alt. fol. 297. Sequenti Dominica Pentecostes ante meridiem in templo D. Nicolai concionatus est D. Justus Jonas, Praepositus Wittenbergensis, a meridie Lutherus. Cum uterque beneficium Dei in liberanda civitate a jugo Pontificiarum legum et dura persecutione extolleret, in genua (ut Schneiderus in Chronico Lib. IV. p. 184. refert) procubuerunt auditores, multisque cum lacrymis Deo gratias egerunt."

(qqq.) Inter alia epistolam a Myconio ad Electorem Lipsia tum temporis scriptam p. 219 sq. ex autographo narrationi suae adjecit his verbis:

„Durchlauchtigster, Hochgebohrner Churfürst, Gnädigster Herr! E. Churfl. Gnaden sind die Gnade Gottes, ewiger Friede und Heyl durch Christum zusambt meinem Gebeth und unterthän. diensten allezeit zuvor bereit. Gnäd. Herr, E. Churfl. Gnaden weiss ich zu preiss und lob dem Allmächtigen Gotte nicht zu verhalten, dass sich die sachen des heiligen Evangelii noch alle recht hier zu Leipzig anlassen und schicken, und sind nun die Gotteslästerliche Päbstliche missbräuche abgethan, auch am vergangenen Mittwoche die rechte Communion und teutsche Messen wiederum angefangen. Und es thut der Bürgermeister und Rath nochmals, als die es gern wollen fördern helffen, haben auch die fürgebäu für dem Chor einbrechen und also zurichten lassen, dass es zur Communion bräuch-

studuit: his vero viri summe venerabilis laboribus maxima quoque accessisse pericula, ex Melanchtonis epistolis, hoc tempore ad Myconium datis, iisdemque

lich, auch zum Barfüssern eine treppe zum predigtstuhl also zurichten lassen, dass man in der Kirchen darauff kommen kan, und die münche hinfort keinen zugang haben können. Als aber ich am nechsten von E. Churfl. Gnaden von Wurtzen wiederum gen Leipzig kommen, haben nach der nechst gehaltenen disputation von der Tauffe sich die Papisten, Doctores und Prediger-Mönche auffs schärffste gerüstet, wider unsere Lehre vom heiligen Sacrament zu disputiren vermeynet, des Pabst und Teuffels lügen und missbräuche vom Sacrament, von der Transsubstantiation, von der langwierigen Gegenwärtigkeit des Leibes und Blutes Christi im Sacrament, wo es gleich ausser dem Brauch behalten und eingeschlossen auch umgetragen wird, von der adoration und dem gantzen Mönch- und Pabst-Gespenste zu erhalten, und hätten drauff geschworen, weil sie sich so wohl gerüstet, und ihnen einer, D. Matthaeus genannt, von Hall zu Hülffe kommen, sie wolten an Gottes Wort ritter werden, oder je einen scheu machen, dass das arme Volck irre würde, und unsere Lehre und sachen verdächtig und ungewiss hielte, aber unser lieber Herr Gott stärckte mich wider sie an Leib und Seel, und bin neben D. Creutzigern gestern, Freytags, für- und nachmittage, wohl acht- oder neundhalbe stunde im nahmen des Herrn, im beyseyn des Rectoris, aller Facultäten, aller Studenten und der ganzen Universitaet, auch eines grossen hauffen volcks und gelehrten im Collegio majori, im grössesten Auditorio, zu erhaltung der reinen Lehre Christi zu kampff getreten, und hat Gott Gnade gegeben, wie E. Churfl. Gnaden von andern erfahren werden, dass der Teuffel mit alle seinem anhange, lügen und lästern, mit aller schande, Christus aber mit seinem Wort und Sacrament, wie ein Gold durchs Feuer gezogen, in aller herrlichkeit bestanden, und den Sieg behalten hat. Der Rector hat uns mit guten argumenten beygestanden, desgleichen etliche Magistri, und hoffe, der Satan soll nun den Kopff an unserm fels Christo zerstossen haben, dass er sein beissen etwas nachlassen wird, wiewohl er noch nicht gar auffhören wird, denn er ist ihm je zu starck, der Saame des Weibes, wider den er sich gelegt. Solches habe ich E. Churfl. Gn. damit sie sich Christi Ehre zu erfreuen hätten, und nicht irgend ungereimet Ding von dieser disputation höreten, nicht wissen unangezeigt zu lassen, und bitte Gott, er wolle E. Churfl. Gn., als den treuen Vormunden der lieben Christenheit, gnädiglich und seliglich behüten und erhalten. Datum zu Leipzig, 1539. Sonnabend nach Viti (21. Junii.)"

in collectione Snegassiana sub numeris XXX. XXXI. et XXXII. consulendis, luculentissime apparet, quarum tertio loco positam, utpote ad rem nostram imprimis pertinentem (r r r.) nullo modo praetermittere potui. Scripta vero est his verbis.

„Viris optimis D. Casparo Crucigero, et D. Friderico Myconio, docentibus Evangelium in Ecclesia Lipsica, amicis carissimis.

S. D. Precor Deum et Dominum nostrum Jesum Christum, ut agones vestros ac pericula gubernet, ac vos servet. Non enim dubito, vos istic experiri virulentiam Pharisaicam, imo diabolicam in hostibus Evangelii. Sed videtis ministerium vestrum servire gloriae Christi, et quantum profutura sit Reip. conjunctio harum regionum, intelligitis. Ideo in re tanta aequo animo et labores et pericula suscipietis. Scripsimus ad Principem de Johanne Cellario: Et is exspectat aulae sententiam, ut ex ipso intelligetis.

Seckendorfius l. c. p. 220 sub numero 11. huic Myconii epistolae haec addidit verba: „De hac relatione a viro consummatae pietatis et virtutis ad Principem suum scripta gratulari sibi potest inclyta Academia et civitas Lipsiensis, purissima Evangelii luce tunc illustrata. Cognoscitur etiam ex illa, neque vi, neque placendi Principibus studio actum esse; facta potius disputandi potestate et toleratis Professoribus et monachis, qui priscis opinionibus inhaererent, donec ipsi veritatem agnoscerent, aut sponte sua ad errorum complices digrederentur etc."

(r r r.) Antecedens quoque epistola, quum ea, quae in Snegassiana collectione sub numero XXX legitur, commorationem Myconii Lipsiensem in universum tantum spectet, pericula ab eo Lipsiae subeunda innuit his verbis: Postquam discessi a vobis, coepi de periculis vestris diligentius cogitare, ac valde angor animo. Deum precor, ut vos servet ac gubernet: sed vos quoque adhortor, ne temere prodeatis sine amicis. Metuo istic improborum vim et insidias. Vehementer rogo, ut quotidie nobis scribatis etc."

Literas vestras anxie exspectamus, vosque rogamus, ut saepius scribatis. Hic Dei beneficio tranquillitas est, sed laboribus immodicis exercemur. Et siccitas jam difficultatem annonae renovat, quam ut Deus mitiget, oramus. Bene valete. 6. Junii.

Philippus Melanchthon.

Quo gravius autem, teste quoque hac epistola, Lipsiae luctandum fuit Myconio, eo majori ducendum merito judicamus illius laudi, quod in molestis et periculosis hisce certaminibus perquam egregie stetit et ab adversariis reportavit victoriam justam atque insignem (sss.): quem quidem exitum Myconii res etiam illo loco gestae ideo potissimum habuerunt, quod non contumacia neque inani jactatione libertatis evangelicae famam fatumque provocavit, imo adversariorum iras moderatione atque prudentia lenivit.

Monendum hoc loco, Myconium non perpetua octodecim mensium serie tum temporis Lipsiae esse versatum, sed finito conventu Hagenoënsi, ad quem anno MDXL, mense Junio, cum aliis Theologis erat missus, licet invitum, nec non ipsis Gothanis civibus ejus ad se reditum enixe flagitantibus, per aliquot ad-

(sss.) Quam magna spes in Myconio a Lipsiensi senatu aliisque illo jam tempore, quo hosce labores subire incepit, collocata sit, patet ex hac Seckendorfii (cf. l. c. L. III. p. 221.) relatione. „Annuit Elector desideranti id Senatui, (Lipsiensi videlicet,) ut Myconius, quem a civibus mire coli et amari, magnumque abeo profectum civitati sperandum esse, scripserat, ad unum alterumque annum Lipsiae doceret: mansit is itaque ibi mensibus octodecim. Addit Jonas in literis d. 7. Jun. hunc Myconium verum et utilissimum Apostolum Lipsiensium esse, verum itidem Misniae Episcopum, qui plus utilitatis, quam anteriores omnes allaturus provinciae illi esset."

huc menses Lipsiam (ttt) repetiisse. Valde mirandum, Sagittarium in historia Gothana horum Myco-

(ttt.) Tentzelius in Historiae Gothanae supplemento II. p. 756 sq. de Lipsiensi Myconii commoratione haec refert. „Quamquam autem maximae laudi cessit Gothanis nostris, tantum aluisse Pastorem, qui Lipsiensibus hoc beneficium, (in opere videlicet reformationis strenue promovendo conspicuum,) praestitit: aegre tamen ipsi eo carebant, et reditum illius ab Electore flagtiabant. Quae optimus Princeps responderit, Dominica in octavis Viti, hoc est d. XXII. Junii, in medium proferemus: Wie Er wohl geneigt wäre, ihren Pfarrherrn und Seelsorgern ihnen wieder zuzufertigen, und zu Gothat bleiben zu lassen; weil er aber zu dem Werck gebraucht würde, so zu Ausbreitung des heiligen Worts Gottes, dessen Lob und Ehr, und durch Gottes Gnaden zu vieler Seeligkeit dienlich ist, so wolten sie noch eine Zeitlang Gedult tragen, damit die reine Lehre des Evangelii und christliche Ceremonieen an und bey den Nachbahren auch möchte gepflanzet und auffgerichtet werden. Mitlerzeit aber möchten sie gleichwohl darob seyn, und gute Achtung mit auffgeben und haben, dass beyde an Predigten und Reichung der heiligen hochwürdigen Sacramenten und anders kein Versäumen beschehe. — Mense Augusto venerunt Lipsiam Visitatores Electorales, apud quos urbis Senatus institit, ut vel D. Cruciger Wittenberga dimissus, Pastoratum Lipsiae, patria sua, susciperet, vel Myconius apud ipsos maneret, quem cives mire colant etc. (quae enim sequuntur jam in nota (sss.) typis exscripta sunt.) — — Inter excerpta Sagittariana (his scilicet verbis continuatur Tentzelii narratio) reperio aliud Electoris ad Senatum Gothanum mandatum, quo Myconium, licet se excusantem, iterum ad Lipsienses se destinasse significat. Datum id dicitur Vinariae, Freytags nach Assumtionis Mariae an. 1539. At hoc anno festum illud cadebat in diem Veneris, quippe litera C signatum, cum litera Dominicalis E. foret. Nec opus erat, tunc Myconium Lipsiam mittere, qui illic praesens haerebat, tempore vix bimestri. Quare in eam inclino sententiam, mandatum illud ab Electore datum esse anno sequenti, quo Assumtionis Mariae festum in diem Domini-

nii in rempublicam atque academiam Lipsiensem meritorum nullam fecisse mentionem, sed summatim tan-

cam incidit, et Myconius mense Junio ad conventum Hagenoënsem cum aliis Theologis missus est, docente Seckendorfio (l. c. Lib. III. Sect. 21. §. LXXIX. p. 283). Inde regressus excusavit se apud Electorem, ne Lipsiam remitteretur. Ut lector judicare melius queat, ipsa Sagittarii excerpta dabimus. Scripsit Elector Senatui, wie ihr Pfarrherr Frid. Myconius etlicher bewegenden und verhinderlichen Ursachen, und insonderheit seines Leibes Schwachheit halber, unterthänigste Suchung gethan, dass er verschonet bleiben möchte, sich wider nach Leipzig zu begeben. Weil aber der Rath zu Leipzig unterthänigst gebeten, dass gedachter Myconius sich noch eine Zeitlang dahin verfügen, und das heilige Evangelium pflantzen, auch die Kirche möchte anrichten helffen, wiewohl sie ihn lieber gar haben und behalten wolten. Wiewohl nun S. Cf. Gn. Ern Friedrichs und seiner Pfarr-Kinder Gelegenheit, wohl aber auch darneben bedacht, was es für ein grosses Werck, und wie viel daran gelegen, dannenhero weil es zur Pflantzung des heiligen Evangelii gereichen thäte, so hätten S. Cf. Gn. Ern Friedrich befohlen, sich wieder nach Leipzig zu begeben, und daselbst biss auff künfftig Weyhnachten, oder zum wenigsten bis Praesent. Mariae zu verharren. Welches der Chur-Fürst dem Rath zu Gotha darum angezeiget, damit sie dess keine Beschwerung tragen, und ihren Caplanen vermelden wolten, dass die Zeit Myconii Abwesens in ihrem Dienst und Seelsorg fleissig wären, auch mittler Zeit darauff gedenken, wie sie wieder mit einem tauglichen Mann möchten versehen werden."

tum p. 171. omnia viri spectatissimi illis temporibus acta his adumbrasse verbis. „Anno 1539., a morte Georgii Saxonis, ab Henrico fratre, successore, ad invisendas reformandasque Ecclesias Misnicas adhibitus, Luthero, Justo Jonae, Caspari Crucigero, Johanni Pfeffingero, Justo Menio aliisque jungitur. Finita visitatione plerasque ecclesias obiit Thuringicas, scholasque constituit adjutus a Melanchthone, Justo Menio, Planicio et Wangenhemio nobilibus, ut et Joanne Cotta."

Ceterum nemo egregie factorum aequus justusque censor invisurus fuisset Myconio quietem, qua peractis hisce gravissimis negotiis superatisque laboribus erat dignissimus. Sed quod rebus in humanis saepius fieri solet, ut summam haud raro virorum eximiorum in peragendis rebus egregiis contentionem omnis subito virium sequatur solutio, hoc quoque Myconio illo tempore accidisse perhibetur. Ad Gothanos enim suos graviter affecta (uuu.) rediit valetu-

(uuu.) Anno jam MDXXXIX. admodum infirma Myconium laborasse valetudine Crucigeri ad eum testantur literae, quae in supplemento historiae Gothanae III. pag. 129 sq. leguntur his verbis:
„Viro optimo et fidelissimo Christi Ministro, D. Friderico, Pastori et Superattendenti Gothensi, Amico suo et in Domino fratri charissimo.
S. D. De valetudine tua, mi Friderice, valde sum sollicitus, ac certe, cum adhuc hic esses, nonnihil tibi metuebam, sed spero, si quid modo quieti ac otio consuluisti, te jam esse confirmatiorem. Quantopere haec Ecclesia reditum tuum desideret, haud dubie ipse existimare potes. Intellexisti enim, quanto studio populus te semper audierit, quantum etiam privatim omnes, qui amant Evangelium, conspectum ac consuetudinem tuam expetiverint. Quam etiam difficile nobis futurum sit, diu te non tantum adjutore, sed magis duce et

dine, atque inde ab anno MDXLI. (cf. Sagittar. l. c. p. 173, Bosseckius l. c. p. XX.) tabe laborare et indies

auctore carere, facile cogitare potes. Itaque quantum possum te oro, ut ad nos redire properes. Ac spero, te hic etiam minore valetudinis tuae periculo, quam istic, futurum esse. Non onerabimus te laboribus, ac ipsi potius soli, quod ad labores attinet, suscipiemus, modo tu nos consilio et auctoritate adjuves. Satis etiam hic Medicorum est, quorum tibi cura et officium nequaquam defuturum est. Uxori tuae honestissimae precor, ut felici partu te exhilaret, si nondum peperit. Quod si jam te patrem fecit, ex animo gratulor. Utinam eam posses tecum advehere. Non enim ita brevi hinc poteris absolvi. Dominos Visitatores audio auspicia visitationis fecisse Mysniae, non admodum volentibus Episcopo et Canonicis. Quid ibi his diebus acciderit de disturbato idololatrico cultu Bennonis ejusque reliquiis, ex hoc tabellario, qui illinc advenit, intelliges. Satis negotii futurum esse existimo Inspectoribus ad constituendam Ecclesiam, ac metuo, ne non diutius, quam e re sit, differatur hujus Ecclesiae constitutio. Ego praeterquam quod ad Principem quaedam de hujus Ecclesiae statu scripsi, privatim etiam Doctorem Jonam hortatus sum, ut quantum posset, properet huc advenire, ac sperabam hic futura esse initia. Sed nihil adhuc mihi respondit Jonas. Eo magis igitur te desideramus, qui interim hanc Ecclesiam gubernes. Adversarii, Sophistae et Monachi suo more adhuc in angulis suis obstrepunt et quaerunt occasiones turbarum. Episcopus Merseburgensis strenue idem agit. Ac nisi Principis auctoritate compescentur, audaciores fient. Monachos oportuit aut plane inclusos, ne quisquam ad eos, nec ipsi ad quenquam accedere possint, aut alio ablegatos. De rege tuo, patieris enim tuum vocari, qui te ornavit, scis atroces rumores sparsos esse, nec prorsus de nihilo. Philippus ad me scripsit, decretum in Anglia factum de retinendis veteribus abusibus: Capitale esse, si quis non patiatur dissolvi conjugium, quod contraxerit vitiatus sacris. Alesius elapsus jam Wittebergae est. Antonius Barnes Hamburgae est, nec audet redire in regnum, tametsi a rege legatus. Multi boni viri dicuntur in metu et periculo esse. Sed de his rebus ipse fortassis habes certum. Socrus mea his diebus tanta defectione virium laboravit, ut de vita desperaretur. Nunc tamen melius de ea speramus. Pfeffingerus etiam hoc triduo domi abfuit, et abest adhuc. Mitto ad te libellum excusum Wittebergae et querelam Caesari scriptam a Philippo. Dominus te servet cum omni familia, ac quaeso, ne curam hanc abjicias, ut quam primum ad nos revertaris. Uxorem tuam ex me amanter salutabis. Salutat te et socrus mea, et uxor, quae matri periclitanti adfuit, et D. Tilemannus. Bene vale. Lipsiae die quinta post Margaritae 1539. Caspar Cruciger."

magis magisque absumi coepit ita, ut vox eum penitus desereret ipseque spem conciperet, se mox hanc miseram vitam esse derelicturum. Dedit hoc tempore, die videlicet IX. Januarii anni MDXLI., Lutherus ad Myconium, qui teste Sagittario l. c. p. 173. ad illum: Decumbere se quidem, non autem lethaliter, sed vitaliter aegrotare — scripserat, literas (vvv.) perquam memorabiles, ex quibus

(vvv.) Exstat haec epistola germanice versa in Tom. X op. Luth. edit. Walch. p. 2101 sqq. his verbis:

„D. M. Luthers Tröstung an Fridericum Myconium, Pfarrherrn zu Gotha etc. Anno 1541. Gnade und Friede in Christo. Ich habe euer Schreiben, lieber Herr Friedrich, empfangen, darinn ihr anzeiget, dass ihr tödtlich, oder, wie ihrs recht und Christlich deutet, zum Leben krank lieget. Wiewol mirs nun eine sonderliche grosse Freude ist, dass ihr so getrost und unerschrocken gegen den Tod. (welcher, laut der Schrift, nicht ein Tod, sondern ein süsser Schlaf ist aller Gottseligen, Matth. 9. v. 24.) ja ein Sehnen und Verlangen habt abzuscheiden, und bey Christo zu seyn, Phil. 1, 23. Wie wir Gläubigen allzumal so sollen gesinnet seyn, nicht allein auf dem Siechbette, sondern auch wenn wir frisch und gesund sind, und uns keiner Gefahr des Todes zu besorgen haben, und dasselbige alle Stunden an allen Orten, in allen Fällen, als Christen zusteht, die samt Christo lebendig gemacht, samt ihm auferweckt, und samt ihm in das himmlische Wesen gesetzt sind 1 Cor. 6, 31. die auch über die Engel richten werden, 2 Cor. 5, also, dass nichts übrig ist, denn allein das Ablegen des Vorhangs, und Aufhören des dunkeln Worts, 1 Cor. 13, 13. Wiewol, sage ich, solches von euch zu hören mir eine sonderliche Freude ist, doch bitte ich und flehe dem Herrn Jesum, welcher ist unser Leben, Heil und Gesundheit, dass er mirs zu diesem Unglück nicht kommen lasse, dass ich erleben und sehen sollte, dass ihr, oder etliche der unsern, solltet mir zuvorkommen, hindurchdringen und reissen durch den Vorhang zur Ruhe, und mich hinter euch, hier in dieser falschen argen Welt, mitten unter den Teuffeln lassen, dass ich nach eurem Abgang noch länger müsste mehr Plage und Marter ausstehen, der ich doch mehr denn gnug, nun etlich und zwanzig Jahr her, erduldet und erlitten habe, und derhalben wohl werth wäre, (hätte es auch um die Welt nur sehr wohl verdient,) dass ich euch allen zuvorkäme, und im Herrn entschliefe. Also begehre und bitte ich, dass mich der liebe Gott an euer Statt wollte lassen krank werden, und mich heissen ablegen diese meine Hütten, die nun ausgearbeitet und gedienet hat, verzehret und und kraftlos wor-

Melchior Adami in vita Myconii p. 181. (cf. Seckendorfius l. c. Lib. III. Sect 24. § XCIII p. 380.) haec retulit: „Ego oro et peto Dominum Jesum, vitam nostram, salutem et sanitatem nostram, ne hoc mihi addi sinat malum, ut, me superstite, videam te aut aliquot nostrum per-

den, und derhalben untüchtig ist, sehe es auch wohl, dass ich niemand mehr nütze bin. Derhalben bitte und ermahne ich euch mit Ernst, dass ihr samt uns den lieben Gott wollet bitten, dass er euch länger beym Leben erhalten wolle, zum Dienst und Besserung seiner Kirchen, und dem Teufel zu Spott und Verdriess. Denn ihr sehets ja, Christus, unser Leben, siehets auch, was für Personen und Gaben seine Kirche hin und wieder bedürfe. Aus Worms, da wir fünf ganzer Wochen geharret, und schier keine Hoffnung übrig war, haben wir letztlich Briefe vollauf empfangen, welcher ein Theil M. G. H. euch zuschicken wird. Auf unserm Theil wird, Gott Lob, alles männlich und weislich gehandelt: dagegen auf der Widersacher Theil wird alles kindisch, thörlich, ungeschickt, mit groben und garstigen Listen und Lügen vorgenommen, dass man merken kann, dass der Satan, weil die Morgenröthe anbricht, und hervorgehet, das Licht der reinen Lehre scheuet, und nicht leiden kann, derhalben zu Winkel kreucht und auf mancherley Weise Ausflucht suchet, und wo er nicht helfen will, List und Täuscherey durch seine Bauchknechte fürgibt, und gehet doch alles den Krebsgang wie von Noth wegen geschehen muss, wenn man wider öffentliche erkannte Wahrheit, öffentliche lästerliche Lügen verfechten und schmücken will, welches unmöglich ist. Aber was wollen wir zweifeln, die Herrlichkeit, Kraft, Sieg, Heil und Ehre gehöret dem Lamm, das da erwürget und wieder auferwecket ist, und samt ihm auch uns, die wir gläuben, dass es erwürget und wieder auferwecket ist; das hat ja auch keinen Zweifel. Wir hoffen, die Unsern werden bald von Worms wieder heimkommen. Gehabt euch wohl, mein lieber Er Friedrich, der Herr lasse mich ja nicht hören, so lange ich lebe, dass ihr gestorben seyd, sondern schaff's, dass ihr mich überlebet. Dass bitte ich mit Ernst, wills auch gewähret seyn und so haben, und mein Wille soll hierinnen geschehen, Amen. Denn dieser mein Wille sucht die Ehre göttlichen Namens, nicht meine Ehre noch Lust; das ist gewisslich wahr.

Gehabt euch abermal wohl im Herrn, wir bitten von Herzen für euch, und bewegt und betrübt uns eure Krankheit nicht wenig. Geben am Sonntag nach Epiphaniae, Anno 1541.“

rumpere et irrumpere per velum ad quietem, et me sinatis foris relictum inter daemones, et vos praecedere. Peto, ut loco tuo me faciat Dominus aegrotum, et jubeat deponere tabernaculum meum hoc inutile, emeritum et exhaustum. Et in calce literarum: Vale, mi Friderice, et Dominus non sinat me audire tuum transitum, me vivo; sed te superstitem faciat mihi. Hoc peto et volo, et fiat mea voluntas, Amen. Quia haec voluntas gloriam nominis Dei, certe non meam voluntatem nec copiam quaerit. Iterum vale. Pro te oramus ex animo, et vehementer tua aegritudine perturbati sumus." Neque his Lutheri (www.)

(www.) Sumi potest, Myconii amicos et reliquos omnes, qui haud vulgari eum amplexi sunt amore atque veneratione, eodem, quo Lutherus animo hoc unum illo imprimis tempore optasse, ut viri spectatissimi vita suis atque ecclesiae evangelicae diutius servaretur. Quae enim ad nostrum, quoad vixit, a Melanchthone aliisque viris egregiis datae exstant epistolae, votorum ad servandam et restituendam ejus valetudinem spectantium plenae sunt; atque Moerlinus, Arnstadiensium tunc temporis perquam strenuus, nec semper amoris vere christiani leges accurate observans (cf. not. h. l. xxx) Pastor, nomine quasi omnium Myconii cultorum atque amicorum mense Martio anni MDXLI (cf. Suppl. Hist. Goth. III p. 132. sq.) haec ad eum scripsisse perhibetur. „Eximio Viro D. Friderico Myconio, Ecclesiae Christi Gothae Pastori et Superintendenti. Suo Amico et Fratri in Domino,

Gratia Domini nostri Jesu Christi tecum. De tua valetudine nemo non est sollicitus, qui noverit et diligentiam et fidem tuam in aedificanda Ecclesia Christi, mi D. Friderice. Scimus enim omnes, quibus periculis, quantis sudoribus, et quam immensis vigiliis tuam Ecclesiae operam saepe probaveris, nusquam non fortiter pro tua statione, in qua collocavit te Dominus, pugnans, ad reducendam Christi gloriam, pro qua tua opera coronam immarcessibilem conferet haud dubie, cum venerit ille, de quo Petrus, ἀρχιποίμην. Saepe mihi animus fuit, ad te abeundi, nisi cum Ecclesiae negotiis, tum et privatis quibusdam commigrationibus fuissem impeditus. Conjecit enim me Dominus in turbulentissima negotia suae hactenus male

precibus exitus defuit; nam son solum vitam tunc retinuit Myconius et ab ipsa quasi morte revocatus est, verum etiam post Lutheri obitum duos prope adhuc superstes fuit menses. At, licet ex hoc desperato, prouti fieri potuit, convaluerit morbo, fractae tamen ex illo tempore manserunt ejus vires, atque tussis cum raucedine conjuncta fatigavit eum ita, ut per aliquot annos loqui propemodum non posset. De curanda valetudine amicissime igitur Lutherus, cui aegrotationem suam perscripserat (xxx.), admonuit eum (cf.

constitutae Ecclesiae, in qua adornanda summis periculis saepe cum infensissimo hoste mihi congrediendum, qui Herodiana cohorte stipatus regnum in hoc mundo obtinet. Sed tamen me consolatur praesentia Dei in ministerio, quam miris saepe modis experior. De quibus omnibus copiosius tecum aliquando conferam, spero enim, me te visurum pristinae restitutum valetudini. Laurentium tibi habeas quaeso commendatum, pius enim est et studiosus, quem optarem in aliqua urbe, si tua id opera fieri queat, agere collaboratorem in aliqua schola. Tibi igitur ejus negotia commendo. Dominus tecum et cum tuis omnibus. Arnstadii 28 Martii anno etc. 41.

D. Joachimus Moerlin tuae humanitati deditissimus."

(xxx.) Certiorem videlicet de aegra sua valetudine tum temporis fecerat Lutherum per literas, quae in Hist. Goth. Supplem. III p. 137. leguntur his verbis:

„Fridericus Myconius D. M. Luthero.
G. et P. a Deo, patre nostro, et Domino Jesu Christo. Nunquam potero oblivisci, mi reverende domine Doctor et pater in Christo observandiss. Luthere, illius cruenti Chyrurgi seu gladiatorii magis Suevi, qui cum Schmalcaldiae usque ad mortem excarnificasfent te ex una parte calculus, ex alia immites illi tortores, dicebat tibi: Ey lieber Herr Doctor, ihr habt ein guten starken Leib, Ihr habt noch wohl zuzusetzen, Ihr müsst bey Gott leiden, wenn man euch angreifft. Et hoc tunc dicens, novis modis afflictissimum corpus discruciare tentabat. Deus det, ut ultra nunquam sim talis spectaculi inspector, neque talium concionum auditor. Sed cur ista, inquies, commemoras? Ideo mi reverende Luthere, quod videam sanctissimae sponsae Christi, matri nostrae, in hoc ultimo partu et senecta sua, plenissima aerumnarum, etiam tales contingere Medicos, Pastores, Paracletos, Chyrurgos non paucos, qui cum audiunt et vident, membrum illius decumbere, statim clamant: morbus est periculosus, aut curandus est, aut illi

Hist. Goth. supplem. III. p. 91. et Seckend. l. c. L. III. Sect. 30. § CXVIII. not. 9. p. 518.) his verbis: „Mal-

pereundum! Et putant, hoc jam satis esse, neque necesse, ut expendant, quae sint adhuc vires decumbentis Ecclesiae, quae ratio curandi commodissima. Sondern plumpen (mit eurem Urlaub) mit ihren Fäusten hinein, und wollen den Schweren mit Wurtzel, Putzen, Eyter und Blut auf ein Augenblick heraus reissen, und verderben also die andern gesunden Gliedern. Ita quod pene nescias, ex qua tandem parte debeat incipi cum sana doctrina curatio: ubi vel vinum vel oleum Samaritani optimi stabularius infundere lacero, et ex omni parte vulnerato corpori, aut quomodo linum fumigans possit reaccendi, aut calamus quassatus colligari. Tam multum frigidae aquae profunditur, superfunditur, et lacerata sunt omnia. Audisti usque ad nauseam Tragoediam Arnstadianam, et vidimus Tuas R. P. aliquot literas plenas doloris et moeroris, quae certe etiam me angi, gemere et lugere faciunt, dum video, inter tot sudores sanguineos tuos etiam istis moeroribus excruciari te. Sed si vel ego, vel Menius, vel Doctor Langus tibi etiam vulnera et dolores alterius partis enumerare et recensere instituimus, tunc scio, guttas illas sanguinis et sudoris tanto magis erupturas. Ego principio statim monui utramque partem, ut ad aedificationem omnia in pace fierent, et nobis licere, quae expediunt, nec ob unius aut alterius improbitatem excommunicandum esse totum ordinem Senatorum, neque ad unius garrulae anus suggillationem statim tradendam animam Satanae, pro qua descendit Christus ad inferna, gustatis doloribus mortis. Sed forte hoc impediit, quod nemo me audire voluit, quia non sum Apostolus, non sum promotus Doctor, neque illis titulis insignitus, ut caeteros praecellerem; sed tantum sum sicut qui ministrat, non qui recumbit. Et certe video omnibus vocatis servis beatis a patre familias, non tantum opus esse, ut fideles sint, sed etiam, ut prudentes sint, sciant se in stabulo Ecclesiae semimortui corporis restitutos. Ah Paulus multa vult monere, dum ait: Nemo adolescentiam tuam contemnat; item, Juvenilia desideria fuge. Non tantum sunt juvenilia desideria libidines, sed haud dubie etiam alia voluit significare. Dn. Doctor Joachimus vir certe doctus, pius et bonus est. Sed utinam ei accedat, ut sciat, quomodo, qualiter, quatenus haec omnia dispenset in aedificationem Ecclesiae. Sed benedictus sit Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, proxima septimana res omnis est composita per Dominum Georgium Speulin ejectum Creutzburgensem, qui succedet, (si

lem certe te esse validiorem; sed ubi sentis, te non posse loqui, oro te, ut potius valetudinis tuae rationem habeas, quam ut amplius tibi accersas incommodum. Melius est, te vivere semivivum, quam

Christo, si vobis placebit,) Doctori Mauro et per magistrum affinem tuum et per meas literas. Nam deprecati sunt altera pars ab altera, si quid est commissum erroris et culpae, et utrisque est remissum peccatum. Doctor pene totum biduum in hoc perduravit, se nullo modo rediturum in gratiam cum Comite, Consiliariis, Senatu et aliis, nisi dicerent: Quia graviter peccavimus soli, petimus remissionem. Ipse vero vellet dicere, si peccassem aliquo etc. Bonus Comes, certe jam non ita malus vir, ut olim forte fuit, voluit ita deprecari. Sed tandem Doctor agnoscit possibile esse, quod etiam Petrus erret, et in errorem ducat Barnabam, et uterque sententiam Domini Jesu secuti oraverunt: Dimitte nobis debita nostra, quia vere sumus debitores, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, quia vere in multis offendimus omnes: et ne intres in judicium cum servo tuo, Domine. Es ist alles zufrieden gestellt, gaudio omnium vicinarum ecclesiarum. Nolo praestantiam tuam, mi Reverende Luthere, onerare longiore epistola, alias mirabilia de tota historia narrarem.

Verum postremo unum a te nos omnes ecclesiarum Thuringiae Pastores tibi prostrati contendimus et obsecramus, ut agnoscas rursus ecclesiam illam reconciliatam jam suo pastori, et cognoscas etiam optimum et sanctum virum Georgium Spenlin, vere martyrem et testem Christi fidelem, dignum, qui tuo consensu et voluntate Joachimo, qui Gottingam est abiturus, succedat Arnstadii, ut sicut sumus contristati super calamitate hujus ecclesiae, ita omnes pariter gaudeamus omnia restitui. Et certe expediret, si D. Joachimum admoneres, charitatem esse veram moderatricem scientiae et spirituum. Sic Christus non voluit ferre, ut Jacobus et Joannes ignem deposcerent de coelo, qui absumeret Samaritanos. Atque hi ipsi deinde primi sunt, qui post ascensionem Christi recipiunt verbum. Ach lieber Herr Doctor, schreibt uns wieder. Ego adhuc conflictor cum meo morbo, tamen quia clamare non possum, non desino mutire contra Sathanam, et urgere clamosos et pugnantes milites. Etiam statui, antequam moriar, si Deus volet, vos invisere Vitebergae et coram vobis dicere vale, priusquam in alia luce nos coram videbimus et amplexabimur. Es ist ja zu lang, scheme mich selber. Sed condonabitis mihi muto calamum barbarum simul et raucas voces, Saluta meam Reverendam hospitam Ketham tuam. Dat. Gothae 18. Febr. 1544.

mori vocalissimum. Poteris consilio et autoritate Ecclesiis prodesse, etiam semimortuus. Et vides, quam sint necessarii veterani milites Christi, ut roboretur per eos succrescens et tenera adhuc pueritia eorum, qui nostrum locum sunt suscepturi. Etiamsi Spiritus Sanctus omnia sine nobis possit, tamen non voluit nos frustra vocatos in ministerium, ut essemus organon ipsius. Plura alias. Vale in Domino, et ora pro me.

Sabbatho post Petri Cath. 1544.

D. Martinus Lutherus."

Haec Lutherus. Sed Myconius, cujus tota agendi ratio testatum fecit, quantopere labori atque industriae ipsam posthabuerit vitam, his Lutheri votis nequaquam respondit. Teste enim Seckendorfio (yyy.) hoc ipso anno, quo Lutheri literae modo excitatae ad eum scriptae sunt, non solum multo cum labore et studio Anabaptistam quendam e pago Tungeda convertit, atque hac ratione capitali levavit supplicio, quod de hisce fanaticis hominibus plerumque tum temporis sumebatur; sed etiam Electoris Saxoniae mandato, quo ad conciones coram ipso atque Aulicis ejus in comitiis Spirensibus habendas una cum D. Justo Jona, Praeposito Vitebergensi et tunc Halensium in Saxonia Pastore, Urbano Regio e Ducatu Luneburgico, et Dano quodam erat constitutus, promto alacrique obtemperare studuit animo. Quibus praemissis, ne quicquam eorum, quae de Myconio relata legimus, a nobis praetermittatur, enarranda quoque videntur ea, quae de ejus actis inde ab anno MDXLI adhuc Tentzelius (zzz.) Sagittarii auctoritatem secutus commemo-

(yyy.) l. c. L. III. Sect. 13, § XLI. p. 115 Addit. i. et Sect. 28 § CXIII. 2. pag. 473.

(zzz.) In Historiae Gothanae Supplementis reliquis p. 765 sqq.

ravit his verbis: „Anno MDXLI e morbo mortifero convalescens Myconius, qui teste Sagittario (cf. Tentz. l. in nota zzz excit. pag. 764.) eodem hoc anno Rymii cujusdam causam coram Electore Saxoniae, Johanne Friderico, egregie defenderat, delectationem suam, magno Gothanorum bono, quaesivisse videtur in Chartis Capituli, Monasteriorum et Hospitii publici ordinandis, unde postea natum est volumen manu ipsius scriptum, et sub titulo des neuen Erbbuchs und Copei der Ministratur hodieque in Consistorio Ducali servatum, annexis Chronicis (tz tz tz.) de Reformationis initiis et rebus Gothanis. Anno sequente regnante Gothae morbo pestifero, Henricus etiam Schmidius, agrorum hactenus Breitenbacensium possessor, cum aliquot filiis sublatus est. Horum itaque duo superstites, Justus et Ciliacus Schmidii, a Superintendente Myconio totoque Senatu serio persuasi, acceptis quadringentis florenis, Hospitio publico Gothano, cujus antea fuerant (cf. l. c. p. 713), possessiones illas die Veneris post Misericordias Domini restituerunt. Quam primum vero illud in tractu Eichsfeldensi innotuit, Praefectus Moguntinus superiorem et inferiorem jurisdictionem Electori suo deberi asseruit: quod tamen negarunt Gothani, ostendentes, villicos tantum, tutelae propter vicinitatem obtinendae caussa, advocatis Gleichensteinensibus laevia quaedam servitia nonnunquam praestitisse. Interim Elector Saxoniae non tantum die Veneris post Jubilate Myconium certum esse jussit, territorium Breitenbacense sese haud facile alienaturum, addens, wie wir dann one das gaistliche Güter wegk zu geben nicht genaigt seyn; sed etiam festo Ascensionis Domini Myconio et Senatui impera-

(tz tz tz.) Haec chronica sub titulo Autographi historici saepius a nobis excitata una cum volumine, cui annexa sunt, teste Tentzelio l. c. p. 765. anno MDXLII absolvit Myconius.

vit, ut curtem illam in pauperum gratiam diligenter curarent, neque hospitium publicum ea privari permitterent, auxilium et tutelam promittens adversus eos, qui cohibere, ausuri essent. Hinc Senatus, consensu Myconii et Henrici Thilonis, Ecclesiastae illius Hospitii, totum praedium die Jovis post omnium sanctorum festum Joanni cuidam Zopfio in triennium elocavit: sed altero statim anno MDXLIII. die Barbarae Commissarii Electorales Myconius, Melchior de Wechmar et Senatus Gothanus Knorriis fratribus bona Breitenbacensia cum jure haereditario pretio mille octingentorum florenorum vendiderunt, ita tamen, ut tria Pastoratus feuda, Horsmar, Helmsdorff et Dachenreden cum filiabus sibi retineret Senatus Gothanus. Porro tam Myconius, quam Theologi Wittenbergenses hoc tempore ex Electoris mandato occupati erant, de inveniendo concionatore uxore carente, quem praesidiariis Grimmensteinii praeficerent, salarii pretio XL florenorum una cum habitatione et convictu stipulato etc."

Ceterum teste Sagittario in hist. Goth. p. 172. „Anno MDXLIV., biennio videlicet ante beatum excessum, scriptum edidit Myconius (aaaa.) de bene olente ac pretioso unguento, quo Maria Dominum Bethaniae inunxit, Juda proditore id aegerrime ferente."

Taxavit autem eo ipso invidorum quorundam et malevolorum avaritiam. Cum enim Elector in animum induxisset, Ecclesiae Scholaeque ministrorum salaria augere; quidam purpuratorum eo vehementer sunt offensi, longoque tempore plumbeas iras gesserunt. Quam ob rem necessum habuit Myconius, Ju-

(aaaa.) Cf. Myc. Rediv. p. 45.

dam avarum increpare; Electorem vero ut domus Bethanicae custodem et curatorem hortari, quo trecentos illos denarios Deo semel dicatos accurate servaret, nec ad alios usus transferri pateretur. Hac gravi et seria adhortatione quid profecerit apud optimum Principem, ex eo patet, quod ipse alicubi scribit, ex illa hora matrem Domini in cruce pendentis a discipulo susceptam." Praeterea in ipsa eadem historia Gothana, e qua haec excerpsimus, tanquam huc pertinentia haec quoque leguntur: „Anno MDXLIV. Johannes Fridericus Elector in locupletando aerario sacro, augendisque ministrorum salariis, de Schola atque Ecclesiis Gothanis summe fuit meritus. Electoris decretum perscriptum est Vinariae, die Lunae post festum Pentecostes. Tum enim oeconomia scholastica in gratiam pauperum scholarium decem modiis (Malter) frumenti fuit aucta, rem strenue sua commendatione promovente Myconio etc." Annum, quo haec facta sunt, secutus est fatalis ille atque perniciosus, qui utpote incendio Gothano notabilis largam nostro lugendi ante obitum adhuc attulit materiam. „Anno videlicet MDXLV., (haec sunt Sagittarii de hac re in l. c. p. 428 verba,) ultimo die Octobris magna pars Gothanae urbis miserrime conflagravit. Combustae sunt domus habitabiles sexaginta et centum, tecta prope quingenta. Myconium miseram hanc urbis sortem lugentem solatur Philippus epistola die VI. Novembris scripta, (bbbb.), quae est inter Snegassianas LXIII. Hu-

(bbbb.) Legitur haec Melanchthonis ad Myconium epistola in collectione Snegassiana his verbis.

„Venerando viro eruditione et pietate praestanti D. Friderico Myconio Pastori Ecclesiae Dei in oppido Gotha, carissimo fratri. S. D. Carissime Friderice, propter urbis vestrae, quae certe est hospitium Ecclesiae Dei et Praesepe Christi, incendium, magno dolore afficior. Sed sustento me cogitatione voluntatis Dei, qui vult Ecclesiam subjectam esse cruci, et tamen eam servat mirabiliter. Nunc totum corpus, i. e. universas Politias et Ecclesias harum regionum clementer defendit, represso Tyranno Brunswicensi. Id be-

jus margini sequentia annotaverat Myconius: „Qui mihi has literas attulerunt, referebant: hunc S. Virum Confesſorem, Dominum Philippum, audito hujus Urbis incendio, illachrymasſe: et post lachrymas haec scripsisse. Valde enim hanc Urbem propter Ecclesiam et Scholam ac Ministros fideles diligebat. Arsit Gotha anno 1545. ultima Octobris: Et fuit triduo silentium in Ecclesiis et Schola. — Nomine quoque ipsius Academiae Wittebergensis, (his scilicet verbis continuatur Sagittarii relatio,) a Melanchthone ad Myconium epistola consolatoria cum centum florenis est misſa. Vide Epistolas Philippi a Pezelio editas pag. 185. (cccc.)" — Haec inter appetebat tempus, quo Myconio nostro vita cum morte fuit commutanda. Anno enim MDXLVI. iterato morbi ita oppresſus ex-

neficium grati celebremus. Sed ne laetitia efferamur, rursus castigari partem aliquam sinit, ne securi et segnes nobis indulgeamus. Haec ad Regulam conveniunt: visitabo virga iniquitates eorum: Misericordiam autem meam non dispergam ab eis. Hac consolatione te et Ecclesiam tuam erigito. Et oremus Deum, ut non accendat totam iram suam, sed in ira misericordiae suae recordetur, propter filium suum, Dominum nostrum Jesum Christum: ut serventur in his regionibus reliquiae Ecclesiae, et non extinguatur lux verae doctrinae. O Fili Dei, Jesu Christe, crucifixe pro nobis et resuscitate, λογε και εικων ἀϊδιου πατρος, qui iram Dei ingentem adversus nostra peccata in te derivasti, et es factus propiciator, miserere nostri et intercede pro nobis apud aeternum Patrem: rege et serva nos. Dat. 6. Novbr. (1545.) Bene vale et rescribe.

Philippus Melanthon."

(cccc.) Ceterum de hoc Gothano incendio cf. Tentzelius l. c. p. 770.

haustusque est impetu, ut de ejus vita diutius servanda nemo non desperare cogeretur. At licet corporeae ejus vires ecclesiae tuendae atque promovendae non amplius suppeterent, toto tamen animo illius saluti prospicere perrexit, neque interdiu tantum omnia sua cogitata illi dicavit, verum etiam noctu de ea somniare non desiit. Patet hoc ex epistola, quam eodem die, octavo videlicet Idus Januarii anni MDXLVI, quo, ad colloquium Ratisbonense una cum D. Majore destinatus, apud Electorem Saxoniae per literas se excusaverat, atque suo loco Justum Menium, aut D. Basilium Monnerum, aut D. Mathaeum Ratzenbergerum proposuerat, ad eundum Ratzenbergerum teste Sekendorfio (dddd.) scripsit his verbis:

(dddd.) In hist. Luth. saepius exc. Lib. III. Sect. 35. § CXXXII. Addit I. p. 629; cf. p. 621. et Myc. Rediv, p. 78. sqq. Monendum hic, Myconium atque Seckendorfium scripsisse Ratzenbergium, quum ipse epistolae ad Myconium XIV. Jan., anno 1545 datae, et paulo inferius excitandae subscripserit nomen Ratzenbergeri. Legitur quoque hoc Ratzenbergeri nomen in epistola Basilii Monneri, quae typis exscripta est in Historiae Gothanae Supplemento III. p. 98 sq. sub numero X. his verbis:

„Venerabili Viro, egregia pietate, doctrina et virtute praedito, D. Friderico Myconio, Ecclesiae Gothensis pastori fidelissimo, Domino et fratri suo amantissimo, ac plurimum observando S. D.

Doctor Matthaeus Ratzenberger, Medicus, ostendit mihi literas tuas, amantissime Friderice, in quibus inter alios me quoque veterem amicum, imo fratrem tuum, amanter salvere, ac extremum, ut censes, valedicere jubes. Pro quo officio tibi maximam gratiam habeo, qui in tanta corporis infirmitate mei quoque memor es. Etsi autem valetudo tua tam diuturna nos, qui te fraterno amore complectimur, non parum sollicitat, propter

„Ornatissimo et vere pio Viro, Doctori Matthaeo Ratzenbergio, Illustrissimi Principis Sax. Elect. Medico, Domino et Amico observando.

multas causas, tam privatas quam publicas, et speramus te diutius fore nobis superstitem propter Ecclesiam Christi: tamen rursum gaudemus, et benignissimo patri nostro coelesti summas gratias agimus, qui te Spiritu suo et verbo confirmat, tibique veram cognitionem filii sui, Domini nostri Jesu Christi donavit: quem hactenus pure, constanter ac fideliter docuisti, confessus es, unicam esse victimam pro peccatis nostris, quae nos perditos Patri reconciliavit, ac haeredes Dei fecit, nullo nostro merito. Et si quidem ita videbitur clementissimo Patri, ut ex hac misera et calamitosa vita te velit evocare in aliam aeternam, et e regno Diaboli in regnum filii sui nunc perfecte transferre: age, fiat voluntas Domini! Precamur itaque, ut te in hac sui notitia sanum conservet atque confirmet, gubernet, consoletur, et deducat te in aeternam patriam, ubi nos mutuo brevi videbimus, et fruemur jucundissima consuetudine Christi, Angelorum et Sanctorum omnium. Vale igitur amantissime frater, quem certe fraterno semper amore complexus sum. Vale mi dulcissime Friderice. et me precibus tuis commendatum habeto. Migratio reverendi patris Dn. Doctoris Martini nos non parvo dolore affecit. Mihi non parum certe lacrymarum excussit, non ipsius, sed Ecclesiae Christi causa. Lugemus eum ut orbi amantissimum Parentem. Sed verum est, quod ait Esaias: Justus perit, et non est qui recogitet: Viri misericordiae colliguntur, et non est qui consideret. A facie malitiae collectus est justus. Mitto tibi cogitationum mearum partem, etsi scio, te melioribus ac magis necessariis occupatum esse. Optime vale, charissime frater. Torgae, 20. Martii 1546.

T. Basilius Monner, J. D.

Gratia et pax a Deo, patre nosto, et Domino nostro Jesu Christo. Exterior ille meus homo morbis et adversa valetudine corrumpitur de die in diem, in tantum, ut interior, cui hospitium praebuit, vellet aut illum reformatum et reparatum, aut se non ita impediri et remorari, quin liceat vel inservire Domino, aut exui et esse cum Christo, donec ille reformatus et transformatus in robur et claritatem Christi reinduatur et expeditus sit ad omnia. Sed de hac re ex literis D. Pancratii. — Valde mihi dolet, quod accersito et vocato non licet in virtute illa, quam dedit nobis Filius Dei super omnia daemonia et omnem virtutem inimici, congredi cum eviratis et evisceratis, enervatis et exanimatis larvis Satanae in colloquio Ratisbonensi. Sed servatur haec victoria agno, juxta somnium meum (eeee.), quod ante quatriduum habui et statim narravi Pancratio. Et addidi, me valde scire cupere, quid ex aula referatur, unde somnium illud tam conveniens scripturae sacrae intelligam. Videbam me accersiri ad aulam Electoris Saxoniae, quo cum venissem, antea non videram locum illum, neque enim Torgae erat, neque Gothae; ibi reperi omnia consilia perturbata, et accedebant, qui narrabant, Principem tam esse animo tristi, ut etiam de morbo et aegritudine aliqua esset periculum. Ibi accersor, excipior, et postquam intelligo, non esse corporis, sed animi morbum, ipsum tamen corpus simul trahens in periculum, adhibeo et applico medicinas et consolationes ex myropolio Christi, et maxime Psalmis: Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me? spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, est enim salutare vultus mei et

(eeee.) Memoratu dignissimum videtur, Myconii cursum evangelicum ab initio pariter, (cf. quae in hoc libello p. 20. sqq. commemorantur,) atque sub finem somniis futura praedicentibus perquam insignem esse redditum.

Deus meus. Mutat heros ille locum, et nunc in aula, nunc in cubili, nunc in curia sub aperto coelo versari vult, donec redeat aliqua quies et respiratio, pax et securitas; ibi mihi condicit in locum, ex omni parte, etiam superne et inferne, lapideum, in cujus medio mihi videbatur esse sepulchrum Christi, sed vacuum ex quo resurrexerat; neque hic erat aliquid triste, nisi quod nulla hic videbam sedilia aut scamna, ubi quis diu sedere posset, sed standum erat aut ambulandum. Ingressus autem fores patebant perpetuo, nec erat istic janua, quae claudi posset, nulla repagula, nullae serae. Videbam istic agnum anniculum pulchrum valde, et candidissimo vellere, duobus cornibus recurvis et acutis armatum. Hic solus erat in hoc sacrario. Et exspectabam venturum Principem cum suo comitatu, ut istic consolationibus scripturae nos erigeremus. Sed dum moram facit, video advenientem maximum et teterrimum canem Molossum, longissimis pilis, quales solent habere foetidi senes hirci. Color erat medius inter cinereum et flavum, oculi prorsus ira scintillabant, et spumabat ore, verum non audivi latrantem. Is recta ingreditur in sacrarium apertum, ubi ego eram cum agno. Ego valde conterritus et mihi timebam et agno, neque enim arma habebam, quibus illum repellerem, sed ut aliquo modo arcerem illum, ne agnum laceraret et me laederet, fortuito arripui lignum (ein Scheit Holtz) atque sic armatus exspecto, quid tentet. Ibi agnus statim conspecto cane nihil terretur, sed magis exardescit; et vidi oculos ejus scintillantes, velut aes candens, et facto impetu insultat in latera canis, ita, ut canis graviter se ictum sentiens latratu et ulutatu quaereret, quo se proriperet. Insultat agnus secundo, et canem prosternit ac exanimat. Vidi tandem in sacrario isto in angulo foveam profundissimam et tenebrosam, et descensum ad ima per gradus, duas aut tres testudines. Eo depellit agnus canem hunc cerberum, et elato toto

corpore et incussis cornibus ita protrudit, ut in ipso somnio audirem cadentem et saepe collisum ad parietes voraginis, ejulantem bestiam foedam et ferocissimam. Regreditur ad me agnus quasi blandiens et significans, ne metuerem, partam esse per se victoriam, nobis tantum esse triumphandum. Sicque evigilo admirans, quid sibi haec turba in domo sepulchri Domini et pugna agni cum cerbero isto vellet. Sed post triduum accipio in grabatulo meo, in quo graviter mutus (ex angina) decumbo, ex aula literas, quibus accersor ad colloquium Ratisbonense, et cum agno evocor ad pugnam contra canes illos reversos ad vomitum, omne sanctum lacerantes et conspurcantes. O! utinam ita valerem corpore, ut valeo animo et spiritu; quam foret mihi jucundum videre insultus agni Dei in caput, frontem et latera cerberi hujus. Scio, quod fortior est in nobis, quam est is, qui est in mundo; et jucundum mihi esset exagitare et ludere cum infantulo virginis super foramen aspidum et draconum illorum. Novi, quam nihil possint omnia vasa testacea, insultantia in petram, quam tumere magnis ventribus, sonare velut aera et campanae amplis faucibus et hiatibus, sed ubi illuduntur super petram, testae sunt et inutilia fragmenta, si autem lapis ceciderit super ea, pulvis fiunt. Ne metue, si te miserit Dominus aut D. Basilium, fortiter congredere cum bullis istis et ollis, Vivit et regnat, qui eum de coelo deturbavit, et nunc etiam ex hoc mundo in infernum exturbabit, et liberabit omnem creaturam a corruptione et vanitate, cui subjecta est non volens, et satis diu exspectavit et anxie quaesivit liberari. Si vixero, scribam ad te iterum, si autem recolligar ad patres nostros, tamen vobiscum clamabo, ut non perpetuo habeat patientiam, sed liberet nos a malo. Immo jam liberavit nos agnus, cui uni soli debetur virtus, victoria, salus et honor, amen. Redeo hinc ad grabatulum

meum exspectans, ut fiat de me voluntas Domini, sed bona, sed paterna, sed coelestis, de qua scriptum est: Vita in voluntate ejus. Vale mi suavissime Razenbergi et confirma Clementissimum Principem et patres omnes in domino. Tempus breve est, et videbunt in quem compunxerunt, cujus non fregerunt ossa. Denn er muss drauff treten und will nicht auf Krücken gehen, i. e. conculcare illos debet, nec incedet grallis. Veni Domine Jesu cito, et libera nos a malo! Amen. Datum Gothae 1546. die Epiph. Domini.

Tuus Friederius Mecum,
Gothanae Ecclesiae Christi inutilis servus.

Feci, quod potui, et tamen inutilis servus sum. Tanto enim Domino, tantae Dominae, Ecclesiae, sponsae filii Dei, servire quis satis idoneus? Ubi vero non feci, quod potui, credo remissionem peccatorum per filium Dei, qui omnia fecit, qui dilexit me et tradidit semet ipsum pro me. Non abjiciam gratiam Dei. Est ille verax promissor, ego quanquam sim mendax factor, immo transgressor legis, tamen ero verax, fidelis, credens, apprehendens, tenens, perdurans, ut apprehendam, in quo apprehensus sum. Da solls bey bleiben ewig, Amen."

Sicuti vero hae ad Ratzenbergerum (ffff.) literae, (cf. Seckendorf. l. c. p. 629.) singularem Myco-

(ffff.) Legitur in Hist. Goth. Supplem. III. p. 102 sq. haec Ratzenbergeri ad Myconium epistola.

„Praestantissimo ac Vigilantissimo Viro, D. Friederico Myconio, Ecclesiae Pastori ac Superintendenti, Domino et amico observando.

Salutem et patientiam sub cruce vobis opto, praestantissime vir ac Episcope oculatissime. Christianos sine cruce etiam sua et persecutionibus non posse vivere in hoc Satanae regno, ob luxuriantem carnem, non est operae pretium scribere viro harum rerum expertissimo. Non potui tamen non breviter admonere. Oportet enim il-

nii pietatem, intrepidum in pertinaci morbo animum, et ingentem melioris vitae spem satis superque testantur, ita nec minus haec omnia ex ea elucent epistola, in qua, monente hoc rectisſime Tentzelio l. c. p. 771., ultima nostri concio, ultimi ejus ad ecclesiam Gothanam conservandam atque prosperandam conatus, nec non ultima ipsius Lutheri desideria graphice describuntur his verbis:

„M Georgio Rorario, (gggg.) eruditione et pietate praestanti Viro, Ministro Ecclesiae Wittenbergensis, fratri charissimo.

Gratiam et pacem a Deo, patre nostro, et Domino Jesu Christo; quia vana est omnis salus hominis, et patrum illorum patriae, et Dominorum hujus mundi, qui fremunt adversus Dominum et adversus Christum ejus. Aegroto iterum valde, et prorsus de-

los fieri similes imaginis filii Dei, cujus nomen gerunt. Is non est salvator, nisi per crucem suam. Maneamus igitur sub cruce ad tempus cum Maria et Johanne, quantumvis reluctetur caro nostra. Non dubito, quin vos multa pati propter officium vestrum necesse sit, qui estis Ecclesiarum Christi pastores et Episcopi: cum sit omnino oppositum regno Satanae, et cum hoc e Diametro pugnet. Consoletur vos hanc esſe benignam Dei voluntatem, qui estis in summo officio constituti, sic agitari a Satana ejusque membris. Nos, qui in minimis fere sumus muneribus, non sumus ab acerbis persecutionibus illius veteris serpentis liberi. Deus itaque vos omnes defendat ab illius insidiis, confirmetque vos, ut nunquam pugnando deficiatis, sed ut fortes Christi milites decet, semper pugnetis, victoresque tandem sitis, reportantes coronam et palmam in vitam aeternam, Amen. De meis rebus quae scribenda erant, Pancratio scripsi. Valeat H. V. optime, conjugemque et liberos meo nomine salutare dignetur. Raptim Torgae, 14. Januarii, Anno 1545.

Mat. Ratzenberger."

(gggg.) De hoc M. Rorario Myconius in autographo historico haec refert. M. Georg Rorarius, Prediger zu Wittenberg, durch dess Fleiss sind die Predigten und Psalmen Lutheri und viel schöner Commentarii Lutheri excipiret und in Druck gegeben worden.

cumbo mi Rorari, et iterum non mea vox tantum, sed simul omnes hujus corpusculi vires attenuantur. Excitatus anno 1541. per mandata, preces et literas Reverendi Patris Lutheri a morte, nunc vixi sex annos in infirmitate et in morte ipsa. Feci etiam officia vivi hominis, et subivi omnia domus Domini ministeria, quantum potui, usque ad Dominicam quartam Adventus, ubi, cum praesentirem rediturum morbum, summo ardore, cum voce clamante in deserto, adhortatus sum Ecclesiam, ut pararent viam Domino, rectas facerent semitas ejus, amolirentur omnia impedimenta et sordes e plateis cordis, et ita cuncta instruerent, ut parati essent excipere et videre salutare Dei et judicem, qui pro nobis et contra impios ac Satanam, principem mundi, dicturus et statim executurus esset ultimam sententiam etc. Postea coepi aegrotare, et decumbo mutus et satur hujus vitae, atque adeo satur, ut optem non vivere, quam sic vivere, ubi mei nullus est usus. Reverendo Patri, (Luthero,) qui me suis mandatis et literis hactenus detinuit, (et libenter Domino et ejus Reverendae Paternitati hic vixi, et velut languida mater instruit liberos, ita ego Ecclesiam Christi,) scripsi: Quod si possem, et Dominus vires subministraret, nihil gravarer ultra facere. Oro ergo, ut dimittat me cum benedictione, ita tamen, ut fiat, quod Domino placet, non quod mihi. Sunt omnia in ejus voluntate, aegrotare, languere, revalescere: quia ibi lucrum, ubi ejus voluntas. Tamen si non displiceret Deo, ah! quam vellem dissolvi et esse cum Christo, quam sic esse inutile et mutum pondus terrae. Te oro, mi Rorari! ut a Domino Doctore exigas responsum. Ego prae dolore gutturis pene neque cibo neque potu ultra uti possum. Oblecto vero me cibo mannae coelestis, et in lectulo lego nunc Psalmum: Quare fremuerunt gentes etc. et adoro parvulum filium, qui datus est nobis. Benedictus sit Deus, qui in his doloribus ita me recreat,

ut prorsus obliviscar, me aegrotum et corpore afflictum. O Domine Jesu, quid possumus tibi, quid servo tuo fideli et prudenti, (Luthero,) quem constituisti super familiam tuam, ut ita nos pasceres, rependere pro his inenarrabilibus donis tuis? Gratias agimus tibi, neque enim aliud possumus, neque tu aliud vis. Vale, mi Rorari, et, si audies me sepultum, scito, nihil nisi ossa, cutem, peccatum et inobedientiam ac reluctantem illum hominem sepultum, ut perfecte liberetur et ipse a veneno diaboli, peccato et morte. Sed is, qui intus est, qui renovatur de die in diem, qui vivit in Christo, qui dilexit me, et tradidit semet ipsum pro me, in quo vita mea est abscondita in Deo, ut, sicut ille vivit, ita et nos vivamus: Ille, inquam, homo non morietur, non sepelietur, sed fruetur sua vita in pace et tranquillitate, nec interturbabunt tumultuantes gentes, reges, populi suis inanibus meditationibus. Is manebit etiam, nobis sepultis, semper vobiscum ad consummationem seculi, et curabit omnia munera in domo sua propria. Et si deerunt Ministri, dabit Apostolos, Doctores, Pastores, ad augmentum corporis sui. Ah! Domine Jesu, serva, guberna, corrobora, libera et defende omnes fideles servos tuos! Fiat, fiat, Amen. Saluta ex me D. D. Crucigerum, item M. Paulum Eberum. Pontanus te salutat, qui me quotidie invisit. Rescribas et tu, neque causeris occupationes, quia et morbi volebant me remorari, sed invitis illis eripui me ex lectulo et ista scripsi. Nunc redeo ad grabatulum, faciant morbi et dolores, quod jussit illos Dominus. Sed volo sint crudeles, quoniam scio, in medio irae misereri et facere cum tentationibus proventum. Ah! vale iterum. Gothae, ipsa die, qua ceciderunt squamae ab oculis Pauli (i. e. d. XXV. Januarii) Anno 1546.

Tuus
Fridericus Myconius."

Praeter hanc epistolam Seckendorfius l. c. p. 630. aliam eodem anno d. IX Mart. a Myconio ad Justum Menium, Isenacensium Pastorem, datam commemoravit, atque ex illa haec, quae ad Lutheri obitum spectant verba, narrationi suae intexuit: „De morte Lutheri, quam ille mihi ante annos sex praedixit ante meum transitum futuram, certe vehementer perculsus sum. Sed quid ultra faceret in mundo obstinato, impoenitente, ingrato, insanabili, et in universum in maligno posito, qui mavult in aeternum perire, quam per Christum salvari. Quid non fecit? Quid etiam piis et toti Ecclesiae Christi praestare ultra potuit, aut non abundantissime praestitit per annos triginta nullo pene momento cessans vel ab orando, vel urgendo officio Christi. Gratias ago Deo, qui nobis hunc Eliam suum hoc postremo tempore misit, qui tot annis indignissimis servivit tanta fide et constantia, ut summum miraculum mundo fuerit. Det mihi Dominus felicem horam, ut eum cito sequar! Amen." Atque hujus voti brevi quoque post plenissime compos est factus. Antequam vero naturae debitum placida morte solvit, plures adhuc ab amicis ad eum datae sunt (cf. Hist. Goth. Supplem. III. pag. 97. sqq.) epistolae, quarum e numero eae potissimum memoratu videntur dignissimae, quae Casparem Crucigerum et Philippum Melanchthonem habuerunt auctores. Scripsit videlicet ad eum Cruciger his verbis: „Viro optimo et pietate praestanti, D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothanae, servo et militi Christi fidelissimo ac fortissimo, amico suo charissimo S. D.

Legi tuas literas, scriptas ad D. Georgium Rorarium, in quibus tanquam dulcissimam cygneam cantionem sonans nobis valedicis, et mihi etiam salutem amanter adscribis. Etsi autem necesse fuit, varie nos affici tuis literis, quas sine lacrymis legere neminem

pium posse judicamus, et propter illam vividam expressionem mirificorum affectuum, quibus cor tuum ardet fiducia et dilectione filii Dei, servatoris nostri, et propter non exiguam solicitudinem, et tam moestum desiderium tui, quod ista commemoratione in nobis relinquis, tanquam jam discessurus a nobis in vitam longe meliorem, et aeternam societatem dulcissimae consuetudinis et perpetuae laetitiae cum ipso filio Dei, et illo exoptatissimo coetu beatorum patrum, et prophetarum et sanctorum omnium et innumero exercitu Angelorum Tamen cum videamus sic abundare in te consolationes et vitam in Christo, etiam in ipsa hujus corporis morte, ut non mori, sed nunc primum vere et aeternum vivere in ipso filio Dei, qui est vita et resurrectio nostra, incipias; neque tibi a nobis consolationes vitae adversus mortem exspectandae, sed potius abs te nobis accipiendae sint: toto pectore Deo aeterno, patri Domini nostri Jesu Christi, gratias agimus pro inenarrabili dono suo, quod et agnitionem sui in verbo ingenti bonitate patefacto nobis donavit, et per illud in multis, et in te quoque spiritu suo sancto efficax est. Et quia te dedit salutarem Doctorem Ecclesiae suae, qui cum tanquam fortis Athleta et bonus miles Christi cursum tuum fideliter consummaveris, et bonum certamen certaris, de caetero coronam tibi justitiae repositam habes, quam et tibi fideliter reddet Dominus, justus judex, et omnibus diligentibus adventum ejus. Quare si adhuc in hac mortali et misera carne vivis, in qua jam aliquot annos non ipsius carnis vita, sed fide filii Dei vivis, fac ut pergas esse animo victore et contemtore mortis et inferorum, et in ipso Domino triumphatore et liberatore nostro. Admoneat te et ipsum cognomen tuum, ut invicto robore fidei persones illam vocem: E t i a m s i a m b u l e m i n m e d i o u m b r a e m o r t i s, n o n t i m e b o m a l u m, q u o n i a m t u m e c u m e s etc. et si quae sunt similes, quibus ipse abundas. Nam si credimus

illis maximis et pretiosis promissis, ut inquit Petrus, divinitus nobis traditis, et agnoscimus quae nobis donata sunt in Christo filio Dei, feliciter nobiscum agitur, quod certi sumus, nos, sive vivimus sive morimur, esse hujus Domini, qui et ipse mortuus est, et resurrexit, ut et in nobis sit mortis et vitae Dominus, videlicet ut et illam in aeternum aboleat, et hanc in perpetuum renovet et conservet. Sed o! deplorandum frigus et torporem meum, collatum ad illum exporrectum vigorem tui pectoris, et ardentem vim fidei, quo nomine mihi ipse vehementer displiceo, et saepe, cum maxime vellem, pudore deterritus sum, quo minus ad te scribere auderem. Quod si te Dominus vult adhuc aliquandiu superstitem, quod et Ecclesiae et nobis profuturum juxta ipsius voluntatem confidimus, valde te oro, ut sanctissimis et flagrantibus tuis precibus etiam nostram salutem Christo commendes, ut et me ac meos velit esse vasa misericordiae, et nos una perfrui exoptatissima illa societate et laetissima consuetudine cum ipso et universo coetu suae Ecclesiae. Hunc toto pectore precor, ut et te servet, et tuae domui et Ecclesiae fidelissimus custos et ἐπισκοπος prospiciat, Amen. Vitebergae, quinta Februarii, 1546.

Caspar Cruciger.

Georg Rorarius dicit etiam Amen, Amen, Amen."

Haec Cruciger. Philippus vero Melanchthon tres hoc tempore ad Myconium dedit epistolas, easdemque in collectione Snegassiam sub numeris LXIV. LXV. et LXVI. asservatas, quarum sexagesimam quintam, et sextam dignas merito judicavimus, quae hoc loco denuo typis exscriberentur.

„LXV.

Reverendo viro eruditione et virtute praestanti, D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Gotha, amico et fratri suo carissimo. S. D.

Carissime Friderice, saepe me haec dulcissima vox

Filii Dei in magnis doloribus consolata est: Nemo rapiet Oves meas de manu mea. Nec quaeramus aliam definitionem Ovium: sed simus contenti definitione, quam Christus tradidit, qui vocat Oves, audientes et amantes Evangelium. Tales certe sumus. Ideo certo speremus in omnibus periculis hujus vitae et mortis, nobis adesse custodem et defensorem nostrum, Pastorem, Filium Dei. Luthero evocato ex hac mortali vita, mihi ad luctum etiam curae et labores majores accedunt. Filius Dei, pastor verus, non relinquat nos orphanos. Mitto tibi precationem, quam scio tibi voluptati fore. Bene vale. 4. Martii 1546. Ratisbonae disputat Malvenda, quod dubitandum sit de remissione peccatorum.

Philippus Melanthon.

LXVI.

Reverendo viro etc. S. D. Laudabunt Dominum, qui requirunt eum: vivent corda eorum in seculum seculi, inquit Psalmus. Scio te fuisse inter pios Ministros Evangelii requirentes Deum. Ideo et tu laudabis eum laetitia inter Prophetas et Apostolos communi exsultans, et vivet cor tuum in seculum seculi. Talibus te promissionibus Dei veris et firmis consolare. Fortassis et in hac vita apud dulcissimos liberos tuos adhuc aliquantisper laudabis Deum: quod ut fiat, opto. Si ante me ex hac aerumnosa vita evocaberis, ubi potero liberis tuis benefacere, faciam fideliter. Bene vale. 12 Feb. 1546. Philippus Melanthon."

Eadem quae Melanchthon sub finem hujus epistolae, ipse quoque Elector Saxoniae Myconio de consulendis ejus liberorum rationibus promisit, cui per literas graphice scriptas (hhhh.) valedixerat. Et

(hhhh.) De his ad Electorem Saxoniae a Myconio datis literis, quas ipsas inspicere mihi non licuit, in Myconio Redivivo p. 45. haec referuntur:

quum hac ratione etiam de suorum sorte securus esse posset noster, haud mirandum, si de morte ejus, qua

„Als den Myconius seine vorige Krankheit, die Schwindsucht, wieder ueberfiel, nahm er von seinem Fürsten, dem Churfürsten Johann Friedrich, Abschied in einem zierlichen, gottseligen und beweglichen Briefe, den man noch einen Schwanen-Gesang nennen moegen. In selbigem Briefe, da er seine Schreibfeder niederlegte und die Hand abzog, dankte er Gott, dass er drey Churfürsten aus dem Hause Sachsen erwecket, Fridericum, Johannem, und Johannem Fridericum, die Lutheri Sache in ihren Schutz genommen. Er erzählet darinnen der Länge nach, was Gott seiner Kirche durch diess heilsame Werk für eine Wohlthat erwiesen, dass durch seinen Dienst der Römische Antichrist, das Kind des Verderbens, aus dem Acker und den Gränzen der Kirchen vertrieben, dass um dieses mit dem Geiste Christi reichlich begabten Mannes willen er Teutschland gesegnet mit allerley geistlichen Segen durch Christum, welchen er in sein Reich wieder eingesetzet; dass er diesen göttlichen Segen über 30 Jahre vielfältig ausgebreitet mit Schriften, Sätzen, Predigten und Postillen, Sermonen und Auslegungen, sonderlich mit Uebersetzung der heiligen Bibel. Er tröstet auch in solchem Schreiben den durch Lutheri Tod hoch betrübten Churfürsten, dass Lutherus keinesweges gestorben, sondern nunmehr erst sein Geist anfange zu leben, und gleichwie Gott, nachdem er Christum in den Himmel aufgenommen, Apostel, Lehrer und letztlich auch diesen Eliam gegeben; also hätte er auch in der ganzen Christenheit viel herrliche und vornehme Lehrer, dieses grossen Propheten Jünger, erwecket, durch deren heilsamen Dienst und Fleiss er das Wort und seine Kirchen erhalten werde, wann sie vor die reine Lehre und Aussendung seiner Arbeiter den Herrn der Ernte fleissig anrufen würden, u. s. w. His Myconii literis Elector Saxoniae (cf. W. E. Tentzelii Historischer Bericht vom Anfange und erstem Fortgange der Reformation Lutheri Tom. II in praefatione Myconii Historiae Reformationis praemissa pag. 52. sqq.) haec respondisse perhibetur:

„Von Gottes Gnaden Johanns Friedrich, Herzog zu Sachsen, Churfürst etc. u. Burggrave zu Magdeburg.
Ehrwürdiger, Lieber, Andechtiger. Uns ist euer Schreiben, welches Ir mit eygener Handt zu unserun Handen gethann, des datum stehet Gotha, Sontags Invocavit, gestern nach dato geantbwortt wordenn, welches wir empfangen, unnd seines Inhalts vernhomen haben. Vermerken auch solche Eure Christliche Vermahnungs-Schrift von euch gantz gnediglich. Und wiewohl sich nun der Todesvalh mit dem Erwirdigen Ern Doctori Martino Luthern Seel. nach Gottlichem Willen zugetragen, welcher gemeyner Christenheit zu guet in Gottlicheun

die VII. Aprilis MDXLVI. annos natus LV., menses tres, dies XVII. vitam hancce terrestrem finivit, ea

und Religion-Sachenn viel guets weither hett schaffen mügenn, so haben wir es doch seyner Allmechtigkait, weill es sein Wille also gewesenn, heimgestellet, der trostlichen, und unzweiffenlichen Zuversicht, es werde Gott der Allmechtige weither sein Gnade geben, das die reine, rechtschaffene Lehre und Grundvhest seines Gottlichen Wort, welche von Ime wider an Tag khommen, weither gnediglich erhalten und gemheret, dere auch zuwider nichts verführlichs eingefhürtt oder neue Secten erregt werden müge, wie wir dann durch Gottliche Hülff und Vorleyhung, das in unnsern Landen unnd Fürstenthumben der Augspurgichen Confession zuwider nicht gehandelt, zu halten gedenken, unnd sich Ingleichnüs Doctor Pomeranus, Creutziger und Philippus deme auch also nach zu khommen gantz underthäniglich erbotten haben. Unnd wiewohl wir nun euer Schwachhaitt berichtet sein, darumb wir dann mit euch ein gnediges Mitleidenn tragenn, so verhoffen wir doch, es solle Gott der Allmechtige euch nach seynem Gottlichen Willen gnediglich, unnd noch lange beym Leben erhaltenn, das Ir der Kirchenn und seynem Worth müget weyther dienen und nutz schaffen, wie wir dann bisshero in euer bevolhenen Superattendenz und Kirchen-Ampt nichts anders dann euern getreuen Vleiss vermerket, welcher unns auch zu gnedigen Willen und gefallen geraicht hat, sonder Zweiffel der Allmechtige werde weyther mit euch seine Gnade vorleyhen. Ob es aber je des Allmechtigen Will also where, das Ir von diesen Jammerthal schaiden musstet, darzu euch Gott, wie wir gar nicht zweifeln, ein Christliches Ende bescheren wolle, So wollen wir darauf gedenken, wie wir alsdann an euer stadt eynen frommen Christlichen Mahnn, euern Bedenken und Guettmaynung nach, zum Pfarrer und Superattendenten verordnen mügen So soll auch mit Gottes Hülff an unns, domit nicht allein die Schule zu Gotha, sondern auch andere Schulen mher, inn unsernn Landenn und Fürstenthumben, unser Fundation nach, im esse und gueten Wesen, mit gelerten Schulen-Dienern erhalten werden, gar kayn Mangell sein. Wie Ir dann solches sonder rhum, das wir an unns bishero an nichts haben erwindenn lassen, erfharen habt, und sollen, ob Gott will, nun als furderlich der Pfarren Bewiedenung, nachdeme wir unnsere Rethe jetzo darüber haben, und allbereit in etzlichen Superattendenzen dieselbige wirklichen vollziehen haben lassen, zu Duringen, auch iren Fürgang erraichen, unnd domit lenger nicht vertzogen werden. Welches Wir euch, deme Wir mit Gnaden geneigt sein, hinwieder gnädiger Maynung nicht wolten bergenn, unnd thun unns in euer unnd der Kirchen Christliches gebett empthelen.

acceperimus, quae in oratione funebri a Pancratio Sussebachio, scholae Gothanae tum temporis Rectore, praesentibus vicinarum Ecclesiarum pastoribus, ante funeris deductionem die VIII. Aprilis illius anni in schola habita (iiii), leguntur his verbis: „Heri cum domi cum discipulis meis prandere coepissem, hora decima, ubi Christophorum Durfeldum mecum haberem convivam, mittit ad me vir venerabilis, et pastor noster, jubens, ut cito ad se veniam. Postquam veni, animadverto eum gravius, quam antea unquam decumbere et luctari in extremis. Et quamvis, qui circumstabant, diversum judicabant: ego tamen, (quia metui,) intermisi illico officium meum in schola, et

Datum Torgau Montags nach Reminiscere, Anno etc XLVI. Jo. Friedrich Churfürst manu propria subscripsit.

Eingelegter Zettul.

So seind wir euch gnediglich genaigt, do sich je der Valh nach dem Willen Gottes mit euch zutragen würde, das Ir von diesem Jammertalh schaiden mustet, euer Weib unnd Kinder inn gnedigen Bevelh zu habenn. Wolten wir euch gnediger Maynung auch nit bergenn. Datum ut in literis.

(iiii.) Annexa est haec oratio funebris collectioni epistolarum Melanchthonis ad Myconium saepius excitatae, atque in calce hujus orationis etiam hae de Myconii morte literae typis sunt exscriptae:

„Doctissimo Juveni Johanni Bulebio, Moderatori Scholae Waltershusanae, suo amico charo. S.

Heri vesperi post quartam obdormivit in Christo Jesu Vir optimus, et à Deo ipso ad Evangelii Ministerium excitatus, Dominus Fridericus noster. Huic hodie funus fiet hora tertia. Ante tempus autem funeris, circiter primam, habebit orationem funebrem D. Pancratius, ac sequenti hora publice in templo D. Justus Menius concionem, in qua mentionem faciet Virtutum et beneficiorum, quae Christus per Fridericum nobis impertiit, item de Ministerio Evangelii et aeterna vita. Quare duxi tibi, tanquam praecipuo meorum amicorum, significandum, ut huc venias ac intersis Ceremoniae funeris. Quod etiam communicabis Pastori vestro, et reliquis, quibus grata fuit et est memoria D. Friderici, et qui de aeterna vita cogitare volunt. Raptim ex Schola. 8 April anno 1546.

Christophorus Durfeld.

curavi omnia, quae debui, et quae potui, tanquam ad ejus valedictionem ultimam. Jussi manere Diaconum ejus, Heinricum Thilonem, intimum compatrem, et conservum ejus in docendo Evangelio, et quo in consolationibus conscientiae suae semper, dum nobiscum vixit, utebatur. Deinde accersivi per puerum Johannem Portunum, civem honestum et conjunctissimum ejus amicum, qui illico venit. Non captabam turbam in hac caussa. Quaestorem Johannem Leonem similiter amicum ejus conjunctissimum, et fratrem in Christo, accersivissem, sed is in negotiis praeturae suae abfuit. Initio plures cum eo non fuerunt: Uxor tantum, et pia ejus familia et honesta nobis astitit in orationibus. Itaque hora duodecima statim incepit nobis valedicere, edita confessione fidei suae, multis gravibus sententiis scripturae citatis: de liberatione a peccatis per misericordiam patris coelestis; de victoria mortis per resurrectionem Christi; de spe gloriae aeternae apud patrem coelestem, per transitum ex hac misera vita, cujus penitus pertaesus fuit. De talibus materiis interlocutiones nostrae fuerunt a duodecima usque ad horam tertiam a meridie. Ordiebatur autem longam istam valedictionem suam cum absolutione publici Ministri Ecclesiae. Et hanc ex sua propria admonitione petebat, cum neque mihi neque aliis forsan hoc in mentem venisset. Accepta absolutione orationem suam statim ad Deum convertit: Pater coelestis, in manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me Deus veritatis. Hanc orationem quamvis postea bis repetit, tamen cor meum judicavit, cum ita ad absolutionem publici Ministri oraret, magis penetrasse aures patris aeterni. Satis autem sit, sermonum omnium capita tantum attigisse, unde sententiae a vobis aestimari possunt. Scire autem debetis, quod praecipuas sententias adduxit, et illas maxi-

ine, quibus in docendo plurimum usus erat: et potuit habere delectum. Erat enim firmus a memoria et acumine mentis, quod bonum in gravissimo certamine servavit, quamdiu loqui potuit. Et quamvis interdum quiesceret, redibat tamen, et nobiscum continuabat sermones: Idque tali gestu, ut amaret manum suam teneri a mea: quo testabatur sane, se tamen pendere ex ore consolantis eum in nomine Christi. Hanc autem humilitatem infans, cum ad ductum matris suae per manum ire discit, illustri similitudine repraesentat. Factus itaque Parochus noster doctissimus in extremo suo cursu infans beatus, quod gauderet manuductione. Intra tertiam autem et quartam, cum ei vox praecluderetur ex naturali affectione φθισεως, remiserunt quoque cruciatus ejus. Et ad hanc ultimam partem, quasi καταστροφην, intercedit pia et honestissima foemina, uxor quaestoris, quae olim honestissimo civi, Johanni Oswaldo, nupta fuit. Et venit cum fratre mariti sui, Wolfgango Leone, ut tamen ita Quaestor per uxorem et fratrem suum cum eo in ultimis esset, qui eum in constitutione Ecclesiae et Scholae multum juvit. Tot nostrum igitur adfuerunt, et vidimus omnes venerandum senem, quasi Simeonem alterum, laudare Deum pro liberatione, cujus carmen bis quoque lingua expresse sonuit, ut omnes syllabas tardius, quam alias verba, numeraret, vidimus eum placidissime in Christo obdormire, et animadvertimus cum gaudio, quamvis non sine moestitia propter Ecclesiam, Christum vere esse Resurrectionem et vitam. Talia adolescentes, cum de beato pastoris nostri discessu ad vestram meamque institutionem propono, erigor sane contra moerorem justum, quem alioqui sic ferre non possem. Sed tamen cum vos intueor, non possum eum animum retinere, siquidem animadverto, me vobiscum charissimum patrem et amicum amisisse. Nolo autem

jam hoc explicare, neque si velim, forsan prae lacrymis possem. Fuerunt enim privatae ejus virtutes insignes, et multa amplissima beneficia in singulos et scholam universam etc." Haec Sussebachius de morte Myconii. Et quamvis hac quoque relatione satis superque appareat, quam multis ejusmodi viri obitus non potuerit non perquam tristis esse atque luctuosus; nos tamen de hujus mortis opportunitate aeque felicem praedicandum censemus nostrum, ac de vitae claritate; nam evasit ex illis temporibus, quibus, quicquid Lutherus metuerat, in ecclesiam evangelicam tandem irrupit, nec vidit tristia illa fata, quibus, si fieri potuisset, protestantium salus prorsus esset exstincta. Ceterum sicuti cives Gothani cum iis, qui propinquitatis, affinitatis atque amicitiae vinculis cum Myconio conjuncti erant, in hoc contenderunt, ut vivo omnem, quo dignus fuit, haberent honorem, ita quoque defuncti sanctissime servare studuerunt memoriam. Qua quidem de caussa non modo non caruit exsequiarum frequentia atque solennitate, sed etiam lapidi ejus sepulcrali haec (kkkk.) incisa sunt verba:

Ἐνθαδε Φρειδεριχον κατεκρυψε Μυκωνιον ἁδρων
  Γαιη Θυριγγετων Φραγκον ἐοντα γενος:
Φως Ἐυαγγελικ Γοτθαιοις ὡσπερ ἀνηπτεν
  . Ευσεβεος τ'ἔζησεν δεκ' ὀλυμπιαδας: κ. τ. λ.

Quo Duce Gotha Tibi monstrata est gratia Christi,
  Hic pia Myconii contegit ossa lapis.
Doctrina et vitae Tibi moribus ille reliquit
  Exemplum — hoc ingens Gotha tuere decus.

(kkkk.) De hoc Epitaphio, quod, ut facilius legi possit, literis minusculis hic typis exscribendum curavimus, cujusque auctor, teste Snegassio in praefatione collectioni Melanchthonis ad Myconium epistolarum saepius excitatae praemissa, Johannes Stigelius, celeberrimus sui temporis poëta, idemque in Academia Salana fidelissimus olim et

Haec hatenus de rebus a Myconio gestis fatisque ejus sigillatim expositis. Nunc autem ut vera illius imago uno quasi obtutu se nobis conspiciendam praebeat, atque ut hoc modo et meritorum, quibus insignis fuit, rationi, et formae animi aeternae rectius dijudicandae, clarior, si fieri potest, accedat lux; non solum quae ipsis ejus scriptis insunt harum rerum documenta accuratius examinanda, sed etiam aliorum de eo testimonia intentius audienda videntur.

Quod vero ad scripta Myconii (IIII.) attinet, quum, ut ipse in epistola ad Eberum (cf. hujus libelli

magnae auctoritatis Professor, fuit, consulendus est Sagittarius in Historia Gothana p. 165. et Tentzelius in Supplementis hujus historiae reliquis p. 773. qui suae de hoc epitaphio relationi haec Gualtheri e Calendario Eberi Strobeliano addidit verba: „VIII Aprilis exsequiae solennes habitae sunt Friderico Myconio, Theologo optimo praecedenti die defuncto, praesentibus fere omnibus totius Ephoriae Pastoribus, quibus propter angustiam temporis adesse licuit. Rector Scholae Pancratius Sussebachius, Silesius, Orationem latinam funebrem habuit in schola: concionem vero in templo Dn. Justus Menius, Superintendens Isenacensis, sucessor voto illius destinatus. Epitaphium Graecum (et Latinum) lapidi incisum est sepulcrali, versus Orientem coemeterii muro impacto. Filius Fridericus latinum conscripsit in epitaphiolo chori templi Augustiniani, (quod hodie frustra quaerimus, facile deprehendentes, primum versum paroemiam esse epitaphii a Stigelio confecti:)

Quo duce monstrata est Gothanis gratia Christi,
Myconii faciem picta tabella refert.
Filius haec caro posuit monumenta Parenti
A sera digno posteritate coli."

(IIII.) Bosfeckius Disertationi suae p. XXIII. hunc Myconii Scriptorum addidit indicem.

1.) Epistola ad Annaebergenses, in qua eos ad constantiam exhortatur. Haec epistola 1524. lingua vernacula Cygneae excusa est.

2.) Myconii et Spalatini literae ad Susatenses 1533. Mentionem harum literarum fecit Seckend. l. c. L. III. p. 67.

3.) Epistola ad Vitum Dietericum, de concordia Vitebergae inter D. Mart. Luterum et Bucerum inita, 1536.

pag. 33.) commemorat, superbiam judicaverit, si post Lutherum, Brentium, Philip-

Edita est haec epistola a D. Nicolao Selneccero, Lips. 1581. Exstat etiam cum ipsa hujus Selnecceri praefatione in Tentzelii hist. Goth. Supplem. III. p. 112 sqq. Germanice legitur in opp. Lutheri Altenb. T. VI. p. 1045 sqq. et alibi. Cf. hujus libelli pag. 56. sqq.

4.) Ep. ad Electorem de reformatione Lipsiensi 1539. Cf. h. l. p. 74. sqq. in nota qqq.

5.) Ep. ad D. Justum Jonam 1541. Exstat in libello, cui titulus est: Unschuld. Nachr. 1729. p. 354. sq.

6.) Ep. ad eundem 1532. l. c. p. 356. sqq.

7.) Liber sub titulo des neuen Erbbuchs u. Copey der Ministratur 1542. Asservatur hic liber in Mscpto in Bibliotheca Gothana, cf. Tentz. Hist. Goth. Supplem. II. p. 765. Cypr. praef. ad Myconii Hist. Reform. p. 29.

8.) Historia Reform. ab anno 1517 — 1542. Ex Autographo hanc Historiam publicavit D. Cyprianus anno 1715. Edit. II Lips. 1718.

9.) Ep. ad M. Petrum Fuldnerum anno 1543. aut 44, quae publicata est in Supplem. III Hist. Goth. p. 141. cf. Junckerus in Myconio Redivivo p. 73.

10.) Sendschreiben an die Churfürstlichen Räthe von der wohlriechenden köstlichen Salbe, damit Maria den Herrn zu Bethania gesalbet, worzu Judas scheel gesehen 1544. Mentionem hujus scripti faciunt Ant. Probus l. c. Sagittarius l. c. p. 172.

11.) Ep. ad Benedictum Reinhardum 1544. Exstat lingua germanica in libello, cui titulus est: Unschuld. Nachrichten 1723. p. 530.

12.) Ep. ad Vinceslaum Linckum 1544, quam exhibuit Verpoorten in sacr. superioris aevi analectis p. 174. sq. Leguntur quoque hujus Lincki ad Myconium literae anno 1544. d. XXVII Maji datae in Supplem. III. Hist. Goth. p. 136. sq.

13.) Ep. ad Lutherum 1544. cf. Hist. Goth. l. c. p. 137 sqq. et hujus libelli nota xxx. p. 85. sqq.

14.) Ep. ad D. Fridericum Schwalben, ad Consulem et Senatum Heltpurgensem, de incendio Gothano 1545, quae exhibita est lingua vernacula in libello: Unschuld. Nachr. 1722. p. 587.

15.) Ep. ad D. Fr. Schwalben. quae continet gratiarum actionem, 1546. cf. Unsch. Nachrichten p. 591.

16.) Ep. ad eundem et Senatum Heltpurgensem 1546. l. c. p. 591.

pum, libellis scilicet edendis, esse et fieri aliquis corvus aut graculus vellet, satiusque duxe-

17.) Epp. II ad Georg. Ror. de morbo suo 1546. Ambae exstant germanice in libello, cui titulus est: Etliche Trostschriften Luthers etc p. 30 sqq. Alteram autem harum epistolarum Seckend. l. c. L. III. p. 629. sq. publicavit, (cf. hujus narrationis p. 99. sqq.)

18.) Ep. ad Ratzenbergerum de morbo suo 1546, quam Seckendorfius quoque l. c. p. 629 typis exscribendam curavit, (cf. nostrae narrationis p. 94. sqq.)

19.) Ep. ad Justum Menium de morbo suo. Etiam hujus epistolae partem (cf. n. n. p. 102) Seckendorfius tradidit; major autem illius pars exstat jam in den Trostschriften Lutheri p. 36.)

20.) Ep. ad Paulum Eberum de primordiis emendatae religionis 1546, quam Hechtius asservavit in vita Tetzelii p. 116 sqq. etc. — Nos ex Jenisii Annalibus Annaemontanis eandem nostrae intexuimus narrationi p. 10 sqq. Atque cum Eberi hoc loco iterum mentio facta sit, eorum causa, quibus Annaemontana placent, de M. Nicolao Jagenteufelio, quinto Annaebergensis dioeceseos ephoro, ex Cypriani catalogo codicum manuscriptorum bibliothecae Gothanae, Lipsiae MDCCXIV. sumtibus Gleditschiorum typis exarato, p. 112. haec afferenda videntur. Exstare in bibliotheca illa inter codices chartaceos minores sub numero XIIX Indicem Ordinatorum ad ministerium Evangelii Witebergae a Pastore Paulo Ebero etc. in quo praeter alia haec leguntur: Anno 1567 d. 16. Novembris ante secundam concionem, quam in hac ecclesia habuit exul ex Borussia, M. Nicolaus Jagenteufel, a me ordinati sunt etc.

21.) Judicium de aureo illo Reverendi Patris Lutheri in epistolam ad Galatas commentario. Edidit illud Snegassius Smalcaldiae 1592. Insertum etiam est ab Antonio Probo orationi de Friderico Myconio, nec non legitur una cum praefatione Snegassii in Hist. Goth. supplem. III p. 110. sqq.

22.) Exstant etiam XXX ad Johannem Langum, Theologum Erfurtensem, epistolae. Has una cum Memoria Myconii ex Mspto edere voluit M. Uthenius verbi divini apud Salzenses minister, qui tamen promissis non stetit. Cf. Unschuld. Nachr. 1709 p. 401.

23.) Denique reliquit Acta Reformationis Lipsiensis, quod testatur Uthenius cf. Unsch. Nachrichten 1709. l. c. pag. scil. 401.

Huic Myconii scriptorum indici addendus est libellus supra jam excitatus: Wie man die Einfeltigen, und

rit, hunc sequi vitae finem, ut esset vox clamans ad parandam viam Domino et rectas faciendas semitas Dei; atque aperiret oculos, ut viderent praesens salutare Dei nostri etc. vix quisquam mirabitur, quod praeter ea, quae jam supra commemoravimus, quibus libellus germanice scriptus, idemque cum praefatione Lutheri (cf. ej. opp. Ed. Walch. Tom. XIV. p. 370. sq.) anno 1539 sub titulo: Wie man die Einfeltigen, und sonderlich die Krancken im Christenthumb unterrichten sol, Vitebergae editus, nec non tractatus ille exiguus, in quo de D. Lutheri in epistolam ad Galatas commentario sententiam (mmmmm.) dixit, accedunt, nil

sonderlich die Kranken im Christenthum unterrichten sol. Wittemberg 1539; quem libellum in Creutzii, pastoris Elterlinensium longe meritissimi bibliotheca, larga ejusmodi scriptorum perrarorum copia abundante, inspicere mihi licuit.

(mmmmm.) Hujus sententiae, quam Antonius Probus (cf. Myc. Rediv. p. 38) eximia ornavit laude, in Historiae Gothanae Supplemento III p. 110. sqq. haec leguntur verba.

„Fridericus Myconius pio Lectori Salutem per Christum.

Si non atheos es et contemtor religionis, resurrectionis mortuorum, judicii extremi et vitae aeternae, oro te, ut quae sit vera doctrina religionis Christi, quae unica sola et propria religio est, ex hoc libro cognoscas. In hoc enim velut in aureo et gemmeo scrinio, reposita sunt explicatissime mysteria a seculo abscondita, et scientia et sapientia, bonitas et voluntas Dei: quae est Articulus de justificatione nostra, i. e. de remissione peccatorum, acceptione nostra in Christum, ut cum illo simus concorporales, atque comparticipes omnium per fidem: mortis, sepulturae, descensus ad inferos: rursus, resurrectionis, ascensionis, sessionis ad dextram patris, regni Dei et vitae aeternae. In illo etiam jam spiritus discernimus: Angelos judicamus: et dejicimus omnem potentiam se extollentem adversus scientiam Dei. Haec omnia explicatius traduntur in hoc uno D. Martini Lutheri commentario, quam in omnibus patrum libris, qui unquam a seculo scripserunt, quorum libri exstant. Quos si omnes perlegeris et relegeris, oportebit te adhuc dubitare, unde sit remissio peccatorum, unde vera satisfactio, et quomodo haec vere, certe, firmiter et indubie accipiamus, retineamus et perpetuo possideamus: unde

nisi epistolas exaraverit, de quibus optandum, ut cum reliquis ejus scriptis et cum epistolis variorum ad ip-

pignus Spiritus, unde novitas, unde quod non imputantur nec condemnant reliquiae peccati in carne remanentes, quae in morte abolentur. Neque tam clare docuerunt, quid sit lex, quod ejus officium, quis ejus usus: Quid rursus Evangelium, quid promissio, quid fides. Sed tenebrae sunt omnia: quia Articulum de justificatione per solam fidem non plene tradere potuerunt. Invenies etiam hic ostensas illas ultimi seculi ultimas tenebras: Spiritum illum homicidam et mendacem, qui non corporum modo, sed etiam animarum vitam, i. e. veritatem et Dei cognitionem per Christum exstinxit, sepelivit et profligavit, plus quam omnes tenebrae Aegyptiorum facere potuerunt — Doctrinam scilicet Sophistarum de justitia legis, potentia liberi arbitrii, de faciendo quod in se est, de prima gratia, de merito congrui et condigni: de fide formali et portentis illis, ac horrendis ululatibus Lamiarum infernalium, Scotistarum, Thomistarum, Albertistarum, Occamistarum, quorum sonos ac voces vix aliquis tota vita discere, et quidnam vellent tam praestigiosis vocabulis significare, intelligere potuit. Oportet me ipsum confiteri id quod verum est. Ego pene a puero sum versatus in eorum scholis, et in illis supra multos coaetaneos meos profeci; verum comperi tandem, facilius et illustrius in hoc parvo libello mendacia illa, quae illi pro primis principiis et demonstrative veris habuerunt, ac velut divina oracula adoraverunt, proponi et rursus confutari, quam ea omnes eorum libri subtiles, Seraphici, sancti, et irrefragabiles proponunt. Etiamsi legas omnes Scotos, Alexandros, Boneventuras, Thomas, et trecentos illos scriptores in libros sententiarum: deinde fontes, abyssos, et magna illa maria, D r e c k e t u m P a p a e, D r e c k e t a l e s et magistros Summarum, Angelos, Hostienses, Artaxanos, Rosellas, et reliquas haras immundi pecoris consulueris: citius, inquam, ex hoc parvulo libello Lutheri intelliges, quid dicere voluerint, quid senserint, quam si totam tuam vitam in illis legendis, relegendis, et expendendis insumas. Christus coram oculis tuis in hoc libello se iterum velut in monte Thabor transfigurat, et fit ejus facies, vestis, cor, affectus imo ipse totus coram te velut sol splendidus, illustris, gloriosus: et vides, quam pulchre cum eo colloquuntur Moses et Helias, Lex et Prophetae de nulla alia re, quam de excellenti opere restitutionis nostrae, remissionis peccatorum, solutione debitorum, interfectione mortis, et resurrectione ac ascensione, missione Spiritus sancti, vocatione gentium, et restitutione universorum: quod fecit in Hierusalem, et deinde per orbem terrarum, usque ad finem seculorum. Qui haec audit, Christum audit: qui hoc testimonium accipit, accipit testimonium Spiritus sancti et discipulorum: quoniam illi testimonium per-

sum datis, additis quoque Antonii Probi et Pancratii Sussebachii orationibus in ejus honorem habitis, in unum collectae, ad viri memoriam firmius servandam typis denuo exscribantur. Vellem quidem ipse ejusmodi scriptorum Myconii cum additamentis editionem adornare; quum autem muneris mihi demandati negotia satis superque me teneant occupatum atque impeditum, aliis merito, quibus ea inspicere liceat cimelia, quae hac de re in bibliothecis publicis et archivis, Vinariae potissimum ac Gothae, asservantur, hujus desiderii explendi relinquendam judicavi provinciam, utpote satis habens, characterem Myconii scriptorum horumque ope ipsius, quod in eo fuit, ingenii animique notam nunc tantum summatim exprimere. Atque hic imprimis monendum videtur, omnium ejus, quotquot exstant, scriptorum hanc esse rationem, ut cum face comparari possint, qua permultis in rebus tempori suo haud contemnenda lux spargatur. At, licet hoc de omnibus dici possit, laudi tamen potissimum tribuendum autographo illi historico, cujus mentionem saepissime in hacce narratione fecimus, et in quo veri historici personam tam laudabiliter egit Myconius, ut luculentissime appareat, eum, utpote ad historias enarrandas ab ipsa natura factum atque natum, hisce in rebus, nisi aliis occupatus fuisset negotiis, aliquid eximii praestare potuisse. Tota videlicet, quam exhibet ille libellus, rerum gestarum expositio emendatorum sacrorum origines atque progressus, nec non ad-

hibent de Christo, quem viderunt, audiverunt, contrectaverunt, plenum gratia et veritate: et qui, quaecunque accepit a patre, dedit nobis. Qui vero haec contemnunt, Deum, Spiritum sanctum, discipulos, veritatem, gratiam Dei, vitam aeternam, ac salutem propriam contemnunt. Non enim est aliud nomen sub coelo datum hominibus, in quo oporteat te quaerere remissionem peccatorum, aut salvum fieri, nisi nomen Domini nostri Jesu Christi. Neque est alia satisfactio pro peccatis, quam Agnus ille, qui est victima pro nobis, et pro peccatis totius mundi: cui debetur victoria, virtus, honor et gloria, in secula seculorum, Amen."

versariorum hac in re peccata, (cf. e. g. Cap. VII. p. 33.) quidquod alias causas hoc sanctissimum opus juvantes, virosque hocce in campo maxime insignes accuratissime depingit, atque in harum rerum enarratore ipso virum exhibet, quo audito statim cognoscas, stetisse eum ab initio a partibus Evangelicorum, rebusque pluribus, quae praecipui fuere momenti, ipsum interfuisse. Praeterea mirari quoque cogimur artem illam, qua narratio aeque in rebus sub aspectum paene subiiciendis, atque in earum caussis ad intelligendum significandis, prudenterque monendo et docendo lectore profluens, sincero et subtili judicio ita est temperata, ut cuilibet aequo judici atque censori tanquam satis limata, concisa et rebus exponendis apta probari debeat: quae quidem veritatis simul documenta certissima Schroeckhium quoque moverunt, ut in Tezelii fraudibus describendis ad Myconii potissimum provocaverit testimonium. Monendi igitur sunt omnes, apud quos historica veritas aliquid valet, ut hoc Myconii autographum accuratius inspiciant; quo facto non solum ex hocce libello in universum spectato, sed etiam ex iis, quae de originibus urbis Gothanae etc. p. 100 sqq. (n n n n.) commemorantur, argumentis satis idoneis comprobatum cognoscent, quid de Myconio ad historias conscribendas nato judicavimus. Quae quum Myconii nostri scriptis justissimae damus laudi, nullo modo negandum censemus, in utraque lingua, et germanica et latina, stilum ejus, exceptis rebus historicis, interdum vel obscuritate quadam, vel nescio quanam asperitate, vel certe, si latine scripta spectes,

(n n n n.) Ex iis, quae p. 101 leguntur, patet, quantopere in universum rerum antiquarum investigandarum fuerit cupidus; et p. 102. studio suo in rebus accuratissime cognoscendis atque colligendis conspicuo certissimam fecit fidem eo, quod literaria illa documenta, quae ad aquaeductuum Gothanorum origines describendas pertinuerint, prorsus deperdita gravissime doleat.

quadam a puritate sermonis latini defectione laborare. Sed haec tempori potius, quam viri ingenio sunt imputanda. Quamvis enim in eo non fuerit altior illa mens atque ingenii splendor, qui Lutherum ornavit, ejusque orationi attulit illam vim, affluentiam, et in permultis magnificentiam, quam omnis evangelica aetas in illo venerata est ac venerabitur, quoad veritatis auctoritatem sit secutura; attamen eruditionem haud vulgarem, rerum factorumque scientiam accuratam, ingenio solerti animoque comi et candido conjunctam fuisse in eo credere licet. Qua quidem de caussa in Myconii scriptis nullibi invenies orationis illam intemperiem, quae haud raro in Luthero pungenda atque vituperanda fuit, quidquod ipsius adeo Melanchthonis interdum irato (o o o o.) effluxit animo. Et quum in more scripto-

(o o o o.) Documento eorum, quae ipsius adeo Melanchthonis interdum effluxerint irato animo, haec possunt esse verba, quae in Commentariis historiam ecclesiasticam illustrantibus, iisdemque auctoribus Staeudlino, Tzschirnero, Vatero, viris summe venerabilibus, sub titulo — Kirchenhistorisches Archiv etc. — anno MDCCCXXV editis, Sect. I p. 56. de Philippi Melanchthonis literis in causa Michaelis Serveti ad Calvinum die XIV, Oct. a. MDLIV. datis, leguntur. Scripsisse scilicet tum temporis Mel. perhibetur haec:

„se prorsus comprobare sententiam eorum, qui Servetum capite plectendum judicaverint, nec non firmissime contendere, justissime agi a Magistratu, qui de ejusmodi homine blasphemo re legitime dijudicata supplicium capitale sumserit.“

Notatu praeterea dignissima sunt, quae idem Melanchthon in causa Anabaptistarum ad Myconium, qui mitiorem hac in re significaverat animum, scripsit. In epistola enim collectionis Snegasfianae vigesima quinta haec leguntur verba: „De Anabaptistis tulimus hic in genere sententiam. Quia constat sectam diabolicam esse, non esse tolerandam: Dissipari enim Ecclesias per eos, cum ipsi nullam habeant certam doctrinam. Nihil igitur est ea Secta, nisi confusio et dissipatio pub. Ecclesiarum, praesertim cum aperte Ministerium verbi damnent. Ideo in capita factionum in singulis locis ultima supplicia constituenda esse judicavimus: Quod ideo scripsi, ut eo firmiore animo fanaticis istis ac seditiosis hominibus adverseris, et in concionibus admoneas homines, quantum mali sit in ea Secta, quae nullam habet certam doctrinam de summa Christianismi etc.“

torum illius aevi fuerit, ut plerumque acerbiores in conviciis, quibus adversarios peterent, essent, hunc

Copiosius hac de re actum est a Melanchthone in epistola XXVI. his verbis:

„Consilium vestrum de edenda confutatione adversus Anabaptistas placet nobis magnopere. Et opinor, Lutherum literas ea de re ad Menium dare. Quod videris angi propter severiores poenas in homines facinorosos constitutas, duxi tibi meam sententiam perscribendam esse. Ego ab initio, cum primum coepi nosse Ciconiam et Ciconiae factionem: unde hoc totum genus Anabaptistarum exortum est, fui stulte clemens. Sentiebam enim ut et alii, haereticos non esse ferro opprimendos. Et tunc N. vehementer iratus erat Ciconiae: ac nisi a nobis tectus esset, fuisset de homine furioso et perdite malo sumtum supplicium. Nunc me ejus clementiae non parum poenitet. Quos ille tumultus? quot haereses postea non excitavit? Sic enim sentire debes: ut ex dentibus serpentis in fabula, natam esse gentem ferunt, ita ab uno Ciconia ortae sunt omnes istae factiones Anabaptistarum et Zinglianorum. Quare ita sentias: Magistratum debere uti summa severitate in cohercendis ejusmodi Spiritibus. Vides quam contemta sit autoritas magistratuum: quam sint secure improbi, quia levitatem, vel potius indulgentiam in Imperio tantam esse vident. Sines igitur novis exemplis timorem incuti multitudini. Hac de re plura scriberem, si de tua prudentia dubitarem. Adhaec notae tibi sunt causae seditionum, quas gladio prohiberi oportet. Anabaptistae omnes, etiam qui minimum habent vitii, tamen aliquam partem civilium officiorum improbant. Quantulacunque res est, tamen hoc tempore et in tot periculis capitalis est. Cum initio leve videtur erratum, paulatim error parit errorem: ἀρχὴ ut scis ἥμισυ παντός. Ubi exiguam particulam civilium rerum coeperint damnare, et via facta est ad laedendam majestatem, non desinunt donec motum aliquem exsuscitent. Nam Diabolus agitat impios homines, ne possint quiescere. Est autem Diaboli indicium, mendacium seu pertinacia erroris. Meministi Monetarium, a qualibus exemplis, et quam a parvis rebus initium fecerit tumultuandi. Venit mihi jam in mentem vox Jonae, quam dixit Marpurgi in prandio quodam, cum de Zuingliana Republica loqueremur: Wenn sie der Bauern paroth haben reformiret, so wollen sie darnach der Fürsten Marter-Schauben auch reformiren, darnach die Pferde und das Regiment. Propterea ego

morem, quamvis non prorsus (p p p p.) deposuerit, ita tamen secutus est, ut lenitate erga bonos temperaret quicquid injucundi contra malos protulerat, iracundiae vero vix quicquam in eo superesset. Haec inter frustra quoque apud Myconium quaesiveris aliquod vanitatis aucupium, enarrat enim omnia, etiam si de se loquatur, tam nude et simpliciter, ut ubique summa animi integritas cum amabili modestia (q q q q.) copulata pa-

sentio de his, qui etiamsi non defendunt seditiosos articulos, tamen articulos habent manifesto blasphemos, quod interfici a magistratu debeant. Nam magistratus debet, ut alia publica ac manifesta crimina, ita blasphemias manifestas et publicas punire. Exemplum habemus in lege Moysis. Et id fortasse secuti sunt Imperatores, qui Arianos gladio puniendos esse constituerunt. Brentius nimis clemens est. Sed nondum cognovit usu, quantum contagium sit in fanaticis Spiritibus. Augustinus etiam permisit gladio coherceri Donatistas: de cujus sententia potes ipsius libros consulere etc."

(p p p p.) Sic e. g. praeter ea, quae in epistolis et scriptis ejus huic narrationi interpositis hac de re occurrunt, in autographi historici Capite VI. p. 28 Lutheri adversarios vocat: Lügenteufel, et Cap. IX. p. 36. Johannem Cochlaeum: ein böss, zornig Göckelmännel — in quo etiam capite de Georgii Ducis praefatione Hieronymi Emseri scripto contra Lutherum praemissa judicavit: fuisse ein Tolmetel, das wie Spinnweb zerstoben.

(q q q q.) Hanc Myconii modestiam, quidquod mitem, amoris et concordiae plenum, nec non ubique prudentissime atque humanissime agentem, omnemque inconsiderate ac praecipitanter agendi rationem prorsus vitantem ejus animum, ut alia illius scripta taceam, testantur potissimum literae ad Lutherum in nota hujus libelli x x x. denuo typis excusae. Atque opus quoque habuit quam maxime ejusmodi animo ad res suas egregie prouti factum est, peragendas, quum non omnes, licet ad optima quaeque ardentissimo contenderit studio, cum eo consenserint, atque in urbe Gothana ipsa insignes vixerint viri, quibuscum ei fuit luctandum. Mentionem hujus rei fecit Sagittarius in Hist. Goth. p. 172. his verbis: Cum Senatu Gothano, Consule imprimis Oswaldo, non admodum bene semper convenit Myconio. Quod tangere quoque videtur Philippus Melanchthon, in Snegassianae collectionis epistola LII. haec scribens: „Mi Friderice, Franciscus N. ad vos proficiscitur, exploraturus nescio quid

tescat. Non igitur mirandum, si pro modesto, qui in eo fuit animo, non solum aliorum de sacris emendatis merita perquam honorifice commemoret, sed Lutheri potissimum laudes summopere extollat. Ipsi tempore illo, quo ante decennium rerum germanicarum patriaeque perturbationibus ita fuimus exagitati, ut nemo quietum atque ab omni partium studio alienum servare posset animum, experti sumus, quantopere incitatior ejusmodi mentis commótio nos secum abripiat, reddatque procliviores ad omnia in iis admiranda, quos tanquam capita partium nostrarum praecipua veneramur. Atque hoc ipsum Myconio in Luthero scriptis, orationibus, et sermonibus decorando usu venit. Quum enim tum temporis more veterum Germanorum Luthero a suis tanquam principi omnia praestarentur, Myconius quoque antesignani loco ab eorum stetit partibus, qui hoc quasi sacramento sese obstrinxerant, ut illum quocunque modo tuerentur, defenderent, nec non sua egregie facta gloriae ejus assignarent. Supra jam commemoravimus, inde ab anno MDXVII. cum omnibus Lutheri coeptis tam intime consensisse, ut haec ipsa ad illum tanquam adminiculum adniterentur: et quum anno sequente, teste Sagittario l. c. p. 170., Lutherum, Augustam profecturum, Vinariae primum in monasterio Franciscano, inscio tamen Luthero, vidisset, aliquot annis in-

de suis Sacerdotiis. Eam rem ita agi vellem, ne Oswaldus offenderetur. Est enim habenda ei gratia pro opera hactenus navata. Nemo alius extorsisset a Sacerdotibus ea, quae ipse extorsit. Idque dicas Francisco. Volo te quoque, quantum facere potes, conservare cum eo λυκοφιλιαν saltem, si non potest coire vera amicitia. Vides enim, quo in statu sint omnia. Dissimulatione et patientia nostra oportet nos retinere voluntates hominum etc.

terpositis tantopere in ejus familiaritatem venit, illique adeo adjunctus fuit, ut, aequalis aetate, non vero prorsus annis, eadem fere de sua ad Lutherum ratione potuisset scribere, quae Plinius junior de sua ad Tacitum in epistolarum libro VII; ep. XX his verbis: „Equidem adolescentulus, quum jam tu fama gloriaque floreres, te sequi, tibi longo, sed proximus, intervallo et esse et haberi concupiscebam. Et erant multa clarissima ingenia, sed tu mihi (ita similitudo naturae ferebat) maxime imitabilis, maxime imitandus videbaris." Sicuti vero Myconius a Luthero omni modo et publice et privatim decorando atque celebrando insignis et conspicuus fuit, sic nec reliquis sui temporis laudatu dignis viris, ut supra memoravimus, debitos habere honores omisit, quod praeter ea, quae hac de re in epistolis ejus occurrunt, ex autographo imprimis (rrrr) saepius excitato lucu-

(rrrr.) Cap. videlicet XII hujus Autographi p. 44. sqq. haec Myconius exposuit: „Do Gott das Reich Israel anrichten, erheben bevestigen wollt, do gab er einen David; und dem David gab er zu gelerte, treffliche, weise, freudige, muthige und teuere Helden in beyden Ständen: als Abjathar, Nathan, Zadock, Abisai, Azahel etc. Es war nämlich ein lauter Barbaria mit den Gelerten in Teutschland worden. Aber etliche Jahr zuvor, ehe die Sachen des Evangelii angefangen ward, gab Gott die rechten reinen studia in allen drey Sprachen in Teutschland. Und waren dieses die furnehmsten Anfänger: Rudolphus Agricola, ein Friess, leit zu Heidelberg begraben: bracht Dialecticam recht herfür. Joannes Reuchlin von Pforzheim, bracht erstlich das Ebraisch in Teutschland, und verfasset es in ein Grammaticam und ein Dictionarium, das zuvor in Teutschland nie erhöret war. Auch richt er das Grickisch ein wenig an. Nach ihm kamen Erasmus Roterodamus, Joannes Oecolampa-

lentissime apparet. Et quum haec animi ejus fuerit natura atque conditio, ut ubique concordiae, prouti

dius, Huttenus, Philippus Melanchthon. Die brachten das Grickisch und rein Latein wiederum in die Schulen. Geschah alles ab anno Domini MDX. bis auf 1530. Do ging es am höchsten in Schwang, so hoch es in allen artibus cognoscendi, distribuendi, explicandi, dicendi, probandi, confutandi immermehr kommen kan: dass auch Cicero diese Leut hätt müssen gelert achten. — Und dieses waren die fürnehmsten Leut und Helden, die Luthero in Teutschland zufielen: und haben etlich die Sachen mit Schreiben und Predigen; etliche mit den allertreffenlichsten Predigten und treuen Rath helffen anrichten, handhaben und foddern. Von Fürsten: Drey Churfürsten zu Sachsen nach einander. Herzog Friedrich, Herzog Johanns, sein Bruder, Herzog Johanns Friedrich, desselben Sohn. Diese waren die rechten Väter und Vormünder der heiligen christlichen Kirchen, und trieben die Sachen, als haetten sie mit Johanne unter dem Creutze gestanden, und haette ihnen Christus die Mutter mit dem hoechsten Ernst befohlen. Ich mein ja, sie haben gnug Creutz darüber gelitten ab anno 1517 bis in dieses 1542. Jahr. Es ist nicht müglich zu sagen, zu schreiben, zu drucken, noch zu glauben, was für böse Ertztück der Teufel wider die Sachen practiciret hab. Aber doch hat Gott sein armes Häufflein alleweg wunderbarlich erhalten, errett, erlöset wider aller Menschen Vernunft etc. — Plures nunc illius temporis principes de emendatis sacris optime meriti commemorantur, atque his praemissis Eruditorum recensio his verbis p. 47. continuatur: „Von den Gelerten waren dieses die Helden, die Gott fast auf einmal erwecket, und die den Streit wider den Antichrist und seine höllischen Pforten führen konnten. Zu Wittenberg der gesanndte Mann Gottes, und der letzte Helias, Doctor Martinus Luther, der was der Anfänger, do noch niemand von diesem Handel hätte träumen dürfen zu erwähnen. D. Joh. Bugenhagen, Pommeranus:

fieri poterat, esset studiosissimus; in numero memorabilium, qui scriptis ejus insunt, et ille referri debet:

Ist sehr weit gereist, hat viel Land und Leut, Denemark und die Seestädte zum Evangelio gebracht; item Pommern, sein Vaterland, und treffliche Bücher geschrieben. D. Justus Jonas, ein trefflicher Prediger und Scribent. D. Caspar Cruciger, Prediger und Scribent. Es ist nicht erhöret worden, dass ein Mann auf Erd so behend hätte können schreiben, als dieser D. Cruciger, und wann er Luther in der Predigt, oder in lectione nachschrieb, und excipirte, so versag er kein Wort, dass sichs alle Welt wundern musst. D. Aurigallus, Lector Ebraicae Linguae. M. Phil. Melanchthon, Miraculum mundi in omnibus artibus und ein Paulus nach Johannes dem Evangelisten. M. Georg Rorarius, Prediger zu Wittemberg, durch dess Fleiss sind die Predigten und Psalmen Lutheri und viel schöner Commentarii Lutheri excipiret und in Druck geben worden. M. Georg Major, etwa Schulmeister zu Magdeburg. Und viel andere treffliche Gesellen. Zu Weimar aus Churfürsten Hoff: D. Gregorius Brück, Cantzler, der war ein Jure Consultus, aber in der Theologia über alle Doctores, und defendirt die Sachen an Reichstagen. Aller anderer Chur- und Fürsten Cantzler zusammen machten kaum einen Brücken. An des Churfürsten Hoff war Prediger, M. Wolffgangus Stein, ein Patron und Fodderer aller andern Praedicanten. Zu Magdeburg: D. Nicolaus Ambsdorffius, vir potens in sermone et doctrina. Zu Lüneburg, und darnach zur Zella, und erstlich zu Augsburg: Doctor Urbanus Regius, dess Bücher zeigen an, was er für ein Mann gewesen. Er hätte die Sache allein in einem Concilio defendiren können wider alle Papisten; was Hebraisch, Grickisch, Lateinisch gelert — starb anno 1541 nach dem Tag zu Hagenau. Item, zu Lüneburg waren hernach M. Paul Rhode, u. D. Christophorus Hegendorfinus. Zu Hamburg: D. Joh. Aepinus, der vor mir, Friedrichen Mecum, in England gewest, und mit den Bischoffen von

locus, in quo de familiaritate, quae ipsi cum collegis fuit, (l. c. p. 55.) haec exponit: „Cucurrimus,

der Confession in England gehandelt, aber vergeblich: weil König Heintz VIII. ein Lügen- und Mord-Teuffel ist. Zu Dessau: D. Feigenbutz, M. Johannes Schlabinhauffen. Zu Lübeck: D. (Hermannus) Bonnus, ein recht teurer Mann, und andre mehr. Zu Braunschweig: M. Martinus (Gorlicius) und sechs andere feine Männer. Zu Bresslaw: D. Hessus u. Majobanus, zween überaus gelerte Männer. In Preussen: D. Paulus Speratus und Poliander, u. viel andere Leut. Zu Riga, zu Reval und in Liffland: auch viel feiner gelerter Leut, an die auch D. Martin ein Epistel, die gedruckt, geschrieben. Zu Zwickau: M. Nicolaus Haussmann, M. Paulus Lindemann, M. Wolffgangus Zeiner. Aber als etliche Consules viel Muthwillens wider die ehrlichen Leut trieben und gestatteten, do kamen sie alle 3 hinweg. Haussmann gen Dessau, Paulus gen Auerbach, darnach gen Freyberg und Dresden zu Hertzog Heinrichen von Sachsen, Zeiner aufn Schneeberg. Zwickau hat nie sindher so gelerte Leut gehabt, und gingen die Geschlecht der Verfolger zu Boden.— Sequuntur p. 50 de Joachims-Thalea, quae supra jam huic nostrae narrationi p. 7. in nota adjecimus.— Zur Naumburg: D. Nicol. Medler, und vor ihm M. Joh. Langer, jetzt Prediger zu Coburg. Zu Weimar: M. Joh. Graw, den der Bischoff zu Bamberg von Cranach aus der Pfarr vertrieben. Zu Erfurt: D. Johannes Lang, etwa ein Augustiner, Graece et Latine doctissimus, qui multos annos suo sumtu praedicavit, M. Egidius Mechlerus, M. Sigismundus, und viel andrer, feiner, trewer, trefflicher Leut. Es ist kaum eine Stadt im Reich, do man mehr Practicken gemacht hätte, das Evangelion daraus zu vertreiben, oder auszuhungern: aber unser lieber Herr Christus hat allweg dem Teuffel die Schantz gebrochen, und dem gemeinen Volk das Herz bey Christo erhalten u.s.w.— Expositis nunc iis, quae de semet ipso commemorat, et quae supra jam p. 43 et 45.

certavimus, laboravimus, pugnavimus, vicimus et viximus semper conjunctissime

47. sqq. attulimus, collegas suos Gothanos amicissime excitat his verbis: „Meine Mitprediger hie zu Gotha, sind durch 19 Jahr gewesen, die frommen, ehrlichen, gelerten, trewen, fleissigen Männer: Er Heinrich Thilo, quondam Augustinensis, Er Johann Golhart oder Moritz, zu St. Margaretha, und darnach M. Georgius Merula, der zuvor etliche Jahr hie Schulmeister gewesen, u. s. w." Laudatis praeter hos aliis egregiis viris, qui suo tempore Gothae vixerunt, atque in eorum numero Dieterico Tunckelio, amico eruditorum et patre pauperum, Henrico Oswaldo, Johanne Dörrefeldto, Matthia Lahenbeckio, Literatorum patrono et pauperum omnium patre, Johanne Lebio, patrono ecclesiae, literarum, eruditorum et pauperum, amante justi, honesti et recti, in calce hujus relationis haec addit verba: „Ach lieber Vater im Himmel, lasse dir unsere wenige, geringe, arme Dienst gefallen. Es sind nur deine Gaben, deine Pfund und Darleyen gewest, und vergieb uns, wo wir zu faul, zu lasse und zu unenlich (unähnlich) gewesen sind." Eorum qui alias urbes ornarunt, merita inde a p. 57. l. c. his verbis strictim enarrare pergit: „Zu Altenburg war Pfarrherr und Superattendens, M. Georg Spalatinus, dreyer Churfürsten Caplan und Historicus: hat constituirt und visitirt die Kirchen in Meissen, und im Voitland. Ein treuer, tewrer u. gelerter Mann. Ist fast an allen Reichstagen mit gebraucht worden. Franciscus Vinariensis. Vice-Cancellarius etc. (de quo cf. hujus libelli nota kkk. p. 69.). Zu Arnstadt (cf. autogr. p. 60.) D. Joachimus Maurus, und etliche feine, gelerte Männer. Zu Rudolstadt, und bey Graf Heinrichen, Bonifacius Rempus. Zu Salfeld: M. Caspar Aquila, Hebraisch und Griekisch wohlgelert, und sehr läuftig im Text der Biblia. Zur Neustadt an der Orla: Joannes Weber, der darnach das Fürstenthum Herzog Georgen in Thüringen visitiren halff. Zu Waltershausen: Erstlich D. Joannes Draco, (cujus

et amicissime, ita ut haec nostra sodalitas multorum admirationi fuerit. Nec unquam in universo

literae ad Myconium anno 1525 scriptae eaedemque perquam memorabiles, utpote in quibus inter alia de uxore ducenda Fridericum nostrum his admonet verbis: „Quid cessas? an ut statuae in viis publicis assolent, aliis viam ostendes usquequaque, quam ipse non mees? aude igitur, mi Mecum, ut ego, γαμεῖν. Crede mihi audentes adjuvat ipse Deus etc. in Hist. Goth. Supplem. III. p. 126 sqq. leguntur,) — darnach Er Nicolaus Stroblin. Zu Eisenach: Er Justus Menius, der hat grosse Mühe, des Doctor Straussen hinter sich gelassene Aier und Stanck auszukehren; hat alle Ecclesias beyder Fürstenthum in Thüringen helfen constituiren: Ein sehr guter Disputator und Scribent. Hat geschrieben in Libros Regum, die Oeconomia, hat transferirt Galatas Lutheri, und etliche Reisen gethan an die Reichstag. Vir ille optime meritus est de Republica totius Ecclesiae Christi, et dignus, cui omnes posteri bene precentur. Fuit doctrina celeberrimus, et vita innocentissimus; erga amicos constantissimus, (de cujus tristibus fatis, post Myconii obitum Synergisticorum errorum caussa toleratis, cf. Hist. Goth. Supplementa reliqua p. 785 sqq.) Zu Nidda in Hessen: Johannes Pistorius, einer von dem Ausschuss am Reichstag zu Regenspurg, die mit den Papisten von der Vergleichung aus Kaysers Caroli Befehl handlen sollten. Zu Martpurg: Adamus Fulda, erstlich des Landgraffen Philipsen Hoff-Prediger, darnach Ober-Superattendens: Doctor Joannes Draco, Joannes Corvinus. Item, Chimetus, Joannes Lichtenfels. Zu Assfeld: Doctor Schnabel, Augustinensis. Zu Rottenburg: Georgius Müller, Decanus und ander viel mehr treffficher, thätiger und gelerter Männer. Zu Tübingen: M. Erhardus Schnepfius und Doctor Balthasar, Lector Theologiae, alias, Doctor Keuflin. Zu Heidelberg: M. Heinricus Dippach. Zu Landa: M. Joannes Baderus. Des Pfaltz-

Ducatu ministri ecclesiae inter se et cum magistratu civili ludique praeceptoribus tam diu concordiam et pa-

graffen Churfürsten Canzlar, der von Fleckstein, hat fleissig gefoddert. Unter Marggraff Georgen: Andreas Althamerus, Doctor Stephanus Agricola, M. Joannes Rurerius, et quidam Simon N. Gerhardus Noviomagus etc. Zu Strassburg: do seyn von Anfang sehr treffliche Leut gewest, und hat diese löbliche Commun für allen andern sehr viel beym Evangelio, bey der Confessione, und bey den Studiis gethan. Und sind dieses die Väter: Er Jacob Sturm, der Obersten einer im Rath. Dieses Mannes Redlichkeit und Geschicklichkeit in omni genere artium, probitate, prudentia, constantia ist im ganzen Reich geliebt und gelobet worden. Martinus Bucerus, ein behender, gelerter und thätiger Mann: exstant ejus scripta. Was zum ersten lang mit der Sacramentarey beladen, aber hat sich darnach öffentlich zu Wittenberg purgirt. Doctor Wolffgangus Capito, Ebraice et Graece doctus, eines ehrlichen Lebens. Doctores Medicinae viel an dem Ort. Doctor Caspar Hedio, etwa zu Mayntz. M. Matthias Zell, u. andre mehr. Johannes Sturmius, Moderator Ludi literarii, schrieb wider die erdichte Reformation der Cardinäle, u. viel schöner Bücher. Joannes Calvinus, ein Franckreichel, hielt zu Strassburg die Französischen Kirchen; kam darnach gen Jenff. Zu Costnitz, do etwa der heilige Märtir Gottes, Joannes Huss, und Jheronymus von Praga im Concilio verbrandt worden, hat unser lieber Herr Christus zu dieser Zeit sein Licht bey Zeit leuchten lassen. Es hätten, (haec addens,) die reichen Pfaffen und Thumbherren nichts zur Befestigung der Stadt geben wollen, und diess sey die Veranlassung worden, ihrer los zu werden: aber es habe auch damals Costnitz sehr feine, geschickte Leut gehabt, und der das Evangelion angerichtet und gepredigt, habe geheissen D. Joannes Zwick; eines ehrlichen Geschlechts, u. fromm, gelert Mann. Sie hatten auch (sic enarrare pergit) einen geschickten Syndicum, der zu

eam coluerunt, quam Gothae hoc factum (s s s s.) laetamur. O! Domine Deus, auctor caritatis

dieser Sachen tüchtig ward. Zu Ulm waren auch treffliche Leute, beyde in der Kirchen und auf dem Rathhaus. Ihr Pastor Martinus Trechtus, sanctae Theologiae Licentiatus. Zu Augspurg war D. Caspar Huberinus, ein gelert, trew, tewer Mann: M. Bonifacius Wolffhardus, ein sehr beredter Prediger: Wolffgangus Musculus, ein frommer geistreicher Mann, etwa ein Cartheuser, Ebraicae Linguae valde peritus. Zu dem hat Augspurg zuvor gehabt Doctorem Urbanum Regium, aber unter dem Reichstag daselbst nahme ihn Herzog Ernst zu Lüneburg, und schickte ihn in Sachsen, da er bis an sein End fast im gantzen Sachsen und den See-Städten das Evangelion trewlich ausbreitet. Und waren unter andern weltlichen Herren sonderlich einer, Langmantel genannt, der fürtrefflich ist, der an die Reichstag und conventus geschickt wurd. Zu Reutlingen waren Prediger: M. Matthaeus Alberus, u. Johannes Schradinus, die erhielten diese Commun, dass die Schwermerey vom hochwürdigen Sacrament aldo nicht Schaden thun kunt: handelten und disputirten gewaltig wider die Sacramentarios. Zu Memmingen war Gervasius Scholasticus Pfarrer und Prediger. Zu Fritfeld: Martinus Germanus. Zu Franckfurt am Mayn waren diese die fürtrefflichsten: M. Joannes Bernhardus, M. Nicolaus Maurus, aetate venerandus et doctrina, M. Petrus Geldner, Matthias Limporgius, Sebastianus Ligarius, Andreas Zopfel, Joannes Lullus, und Joannes Cellarius, der nach Hertzog Georgen Todt zu Dresden Prediger ward. In dieser Commun waren treffliche Leut im Regiment, die über dem Evangelio hielten. Und dieses waren die fürnehmsten: Johann Brom, Bürgermeister, Philipp Fürstenberger, vir eruditus, bonus, prudens, et erga omnes affabilis minimeque superbus. Justinianus von Holtzhausen, Ortwinus zum Jungen, Christophorus Stallberger, Georgius Weiss senior, omnes

et pacis, conserva haec bona tua, quae operatus es in nobis! „At licet concordiam

eruditi. Ihre Juris periti waren: Doctor Jheronymus Glauberger, Doctor Johann Fichardus. Schulmeister war der fein, trefflich, gelerte Mann, Jacobus Micyllus, in soluta et ligata oratione incomparabilis. Zu Schwäbischen Hall war der hocherleuchte, gelarte Mann, D. Joannes Brentius, des Schrifften und Werck loben den Meister. M. Philipp Melanchthon sprach oft: er wollte lieber einen einigen Brentium bey sich im Concilio haben, denn keinen andern Theologum; denn do wäre Verstand und Beständigkeit, Rath und That bey einander. — Zu Basel: Simon Grynaeus, u. viel trefflicher Leut, der Namen ich nicht weiss, und Joannes Oecolampadius. Zu Zürch, zu Bern waren auch überaus gelerte Männer: Und wiewol sie zum Theil mit der Sacramentarey beschmieret, so waren sie doch sonst gelert, und hulffen dem End-Christ, dem Pabst, das Hallelujah in Teutschland niederlegen. Alexander Alesius, Scotus, und der Pfarrherr zu Francfurt an der Oder, in der Mark, waren auch rechtschaffen gelerte Männer. Durch diese Helden, u. andre viel mehr feiner, auserlesener, auserwehlter Rüstzeug Gottes ist des Pabsts, der Hohen Schulen, der Stifft, der Mönch, der Nonnen, der Bischoff, Cardinal, Patriarchen, Abt, Probst, Dechant und des gantzen Römischen End-Christs verführerische, Gotteslästerliche Lehr angriffen, widerstritten, verlegt und erlegt worden. Es sind auch viel feiner, gelerter, tewrer Leut verfolgt, vertrieben, erwürget, ertränckt, verbrandt und umbracht worden. Ach! ewiger Gott, wie hat es so viel Mühe, Arbeit, Hebens, Tragens, Reisens, Rathschlagens, Unkosten, Guts und unschuldiges Blut der teuersten Leut auf Erden gekostet, ehe man dein liebes Kind wiederum aus Egypten in unser gelobt Land, d. i. dein reines Wort, Sacrament und Dienst in der Kirchen aufgerichtet hat. Und es werdens unsere Nachkommen so liederlich vergessen und verachten, u. s. w."

summopere colendam atque servandam judicaret, non tamen de jure suo atque de veritatis ipsius auctoritate quidquam deminui passus est. Liberrime igitur non potuit non temporum atque civium suorum censorem agere; et quid hac in re praestiterit, ex iis potissimum patet, quae non solum de caussis tumultus rusticani praecipuis p. 71. (tttt.) sed etiam de regimine urbis

(ssss.) Notandum, verba hujus loci literis diductis expressa, latine, reliqua vero in Autographo Myconiano germanice esse scripta, hoc scilicet modo: „Cucurrimus etc. — amicissime; also, dass man sich darob wundert. Und sind im ganzen Fürstenthum die Ministri Ecclesiae unter einander, und der Rath, und die Schulmeister so lange nie bey einander einig und in Friede bleiben, als hie, zu Gotha. O! Domine Deus etc. — in nobis."

(tttt.) De hoc tumultu rusticano l. c. praeter alia haec noster exposuit: „Es schrieb Lutherus zwey Bücher (dagegen), die thaten mehr, denn aller Fürsten Spiess und Harnisch. Es erhub sich gewisslich allein darum, dass die Fürsten und Bischoff den armen gemeinen Mann das Evangelion nicht wollten predigen lassen; und trieben allzumal Tyranncy. Es ist nicht wohl zu glauben, wie alle Herrschafft, Ritterschafft und Regenten in gantzen Teutschland so verzagt wurden, dass auch zehen Bäuerlein ohne Harnisch ein ungewinnlich Schloss einnehmen kunten: darnach kehret's sich wieder um u. s. w. Porro: Wann hernach ein Bischoff, ein zorniger Edelmann oder Scharrhanss ein Hass und Neid zu einem armen Mann trug, u. sich gern an ihm gerochen hätte, so gab er nur schuld, er wär aufrührisch. Item, wer unter den Tyrannen dem Evangelio zufällig war, der must aufrührisch heissen, und kamen viel frommer Leut unshuldig um. Gott lass dichs erbarmen, wie gering wird Menschen-Blut geachtet, als wäre es Wasser."

Gothanae (uuuu.) p. 112. ſqq. autographi saepius excitati scripsit. Quod si, his non obstantibus, multis

(uuuu.) Myconii hac de re verba haec sunt: „Es hat etwa diese Stadt feine Freyheit gehabt, dass, wann Wochenmarckt war, stund es von Erffurtischen Thor an bis ans Brüler Thor, u. der gantze Neumarck voller Wagen mit Getreydig u. s. w. Und so das Regiment nur ein wenig liederlich war, kunt man sich hie (immer noch) bessern u. nehren. Aber do der hoffärtige, ehrgeitzige, neidische, eigensüchtige Teufel der Regenten Herzen besass, do musst der Stadt Gedeyen untergehen, und kam bürgerliche Handthierung auf die Dörff: Brauen, Meltzen, Schenken, Weid-Kauffen, Handwerck u. s. w. Und sind also die Dörffer hierab zu Städten, u. dagegen die Stadt zum Dorff worden, und hat sich also zugetragen: Anno 1480 u. umb dieselbe Zeit, als Hertzog Wilhelm alt was, u. anno 1484. absturbe, u. das Land fiel an Hertzog Ernsten, darnach an Hertzog Friedrichen, den Weissen, u. Hertzog Johannsen, seinen Bruder, die noch jung waren, do wurffen sich etliche hie im Rath auf, hengten die anderen an sich, dass sie es machten, wie sie wollten; u. wurden in wenig Jahren sehr reich u. gewaltig. Do erwehleten sie im Rath nur ihre Freund, u. die sie wusten, die es mit Ihnen halten würden, oder deren sie mächtig seyn kunten. Gingen auch mit der Stadt Gut umb, wie sie wolten: und wenn man rechnen solt, so rechneten sie einander selbst, u. quittirten einander, wie es ihnen gefiel, dass auch die Stadt in der allerfriedlichsten feiligsten Zeit drüber in Schulden kam. Wenn sie einen in Rath erkohren, der muste darnach alle zu Gaste bitten, u. köstliche Mahlzeiten bestellen, dass es manchen über 100 und mehr Gülden kostet: also zerfrassen sie ihn. Daraus folget, dass man nicht denken durfft, wenn man Leuth in Rath wehlen solte, wie weise, wie erfahren, wie geschickt, wie fromm und trew er wäre, sondern nur wie viel er zu fressen u. zu sauffen zu geben hätte. Und do's hernach anno 1488 abgeschafft ward, erdachten sie

summopere colendam atque servandam judicaret, non tamen de jure suo atque de veritatis ipsius auctoritate quidquam deminui passus est. Liberrime igitur non potuit non temporum atque civium suorum censorem agere; et quid hac in re praestiterit, ex iis potissimum patet, quae non solum de caussis tumultus rusticani praecipuis p. 71. (tttt.) sed etiam de regimine urbis

(ssss.) Notandum, verba hujus loci literis diductis expressa, latine, reliqua vero in Autographo Myconiano germanice esse scripta, hoc scilicet modo: „Cucurrimus etc. — amicissime; also, dass man sich darob wundert. Und sind im ganzen Fürstenthum die Ministri Ecclesiae unter einander, und der Rath, und die Schulmeister so lange nie bey einander einig und in Friede bleiben, als hie, zu Gotha. O! Domine Deus etc. — in nobis."

(tttt.) De hoc tumultu rusticano l. c. praeter alia haec noster exposuit: „Es schrieb Lutherus zwey Bücher (dagegen), die thaten mehr, denn aller Fürsten Spiess und Harnisch. Es erhub sich gewisslich allein darum, dass die Fürsten und Bischoff den armen gemeinen Mann das Evangelion nicht wollten predigen lassen; und trieben allzumal Tyranncy. Es ist nicht wohl zu glauben, wie alle Herrschafft, Ritterschafft und Regenten in gantzen Teutschland so verzagt wurden, dass auch zehen Bäuerlein ohne Harnisch ein ungewinnlich Schloss einnehmen kunten: darnach kehret's sich wieder um u. s. w. Porro: Wann hernach ein Bischoff, ein zorniger Edelmann oder Scharrhanss ein Hass und Neid zu einem armen Mann trug, u. sich gern an ihm gerochen hätte, so gab er nur schuld, er wär aufrührisch. Item, wer unter den Tyrannen dem Evangelio zufällig war, der must aufrührisch heissen, und kamen viel frommer Leut unschuldig um. Gott lass dichs erbarmen, wie gering wird Menschen-Blut geachtet, als wäre es Wasser!"

Gothanae (uuuu.) p. 112. sqq. autographi saepius excitati scripsit. Quod si, his non obstantibus, multis

(uuuu.) Myconii hac de re verba haec sunt: „Es hat etwa diese Stadt feine Freyheit gehabt, dass, wann Wochenmarckt war, stund es von Erffurtischen Thor an bis ans Brüler Thor, u. der gantze Neumarck voller Wagen mit Getreydig u. s. w. Und so das Regiment nur ein wenig liederlich war, kunt man sich hie (immer noch) bessern u. nehren. Aber do der hoffärtige, ehrgeitzige, neidische, eigensüchtige Teufel der Regenten Herzen besass, do musst der Stadt Gedeyen untergehen, und kam bürgerliche Handthierung auf die Dörff: Brauen, Meltzen, Schenken, Weid-Kauffen, Handwerck u. s. w. Und sind also die Dörffer hierab zu Städten, u. dagegen die Stadt zum Dorff worden, und hat sich also zugetragen: Anno 1480 u. umb dieselbe Zeit, als Hertzog Wilhelm alt was, u. anno 1484. absturbe, u. das Land fiel an Hertzog Ernsten, darnach an Hertzog Friedrichen, den Weissen, u. Hertzog Johannsen, seinen Bruder, die noch jung waren, do wurffen sich etliche hie im Rath auf, hengten die anderen an sich, dass sie es machten, wie sie wollten; u. wurden in wenig Jahren sehr reich u. gewaltig. Do erwehleten sie im Rath nur ihre Freund, u. die sie wusten, die es mit Ihnen halten würden, oder deren sie mächtig seyn kunten. Gingen auch mit der Stadt Gut umb, wie sie wolten: und wenn man rechnen solt, so rechneten sie einander selbst, u. quittirten einander, wie es ihnen gefiel, dass auch die Stadt in der allerfriedlichsten feiligsten Zeit drüber in Schulden kam. Wenn sie einen in Rath erkohren, der muste darnach alle zu Gaste bitten, u. köstliche Mahlzeiten bestellen, dass es manchen über 100 und mehr Gülden kostet: also zerfrassen sie ihn. Daraus folget, dass man nicht denken durfft, wenn man Leuth in Rath wehlen solte, wie weise, wie erfahren, wie geschickt, wie fromm und trew er wäre, sondern nur wie viel er zu fressen u. zu sauffen zu geben hätte. Und do's hernach anno 1488 abgeschafft ward, erdachten sie

adhuc temporum illorum erroribus implicitus tenebatur, atque e. g. signis coelestibus, tentationibus diabo-

doch, dass, wen sie in Rath wehleten, der must sobald er confirmiret ward, jedem Rathsherrn einen Gülden schenken, dass er ihn gewehlet hätte. Und dieses währet noch biss ins Jahr Christi 1524. Und waren die Ersten, mit denen es abgeschafft wurde: Er Caspar Eisnach, der dieses Jahr 1542 noch lebet, und Er Claus Baringer, der das nechste Jahr darfür verschieden. Die Bürgermeister, Cämmerer, Weinmeister, u. Ambtsherren assen u. truncken vielmehr unter dem Rathhaus, und zehreten, bestelleten die Mahlzeit von der gemeinen Stadt Einkommen, u. liessen's ihnen sehr sauer werden, guten Muth zu haben, u. viel umbzubringen. Wer ein Wort darwieder redet u. klaget, den wurffen sie in Thurm, oder vertrieben sie gar aus der Stadt, wie einen sehr ehrlichen Mann, Hanss vom Berge genannt, von der Gemeine, und viel andern treuen, ehrlichen Leuten geschehen. Das Geschosse machten sie auch also, dass die Reichen u. Rathherren alle ihre Güter mit dem Geschoss vom Breuen verschosseten, u. ledig ausgingen. Aber der arme, gemeine Mann muste die Bürden tragen, u. sein Wenig dester theuerer verschossen. Wenn sie der Gemein rechneten, so satzten sie nur Summas Summarum, also viel Ausgaben: do must jedermann Amen zu sagen. Do aber die gantz Gemeind endlich über solchen Zehren, Prangen, Geitzen, Stocken, Thürmen, Vertreiben u. Tyrannisiren verdrossen wurd, u. es kläglich an die Landes-Fürsten gelangen liefs, die Sachen etlichmahl von den obgemeldeten beyden Chur- u. Fürsten, die hierum hieher kamen, verhöret wurde, do wolt sich die muthwillige Rotte im Rath an der Stadt u. Gemeine rechnen, u. vergaben die Freyen der Stadt und verschrieben den Dörffern das Mältzen, Brauen u. andere Freyheiten mehr, ohne alles Bewilligen der Gemeind. Also kamen die Freyheit hinweg. Und sonderlich war einer, Gothart John genant, der überaus ein gross Gut zusammen bracht, der für-

li, ominosis visionibus, somniis, aliisque ejusmodi rebus plus auctoritatis tribuebat, quam pro natura horum omnium illis erat tribuendum, id cum quolibet suorum aequalium maxime eximio viro commune habuit, atque hac ratione colore seculi sui aeque fuit tinctus, ac nos omnes aetatis nostrae vitia patimur. Facultate tamen atque eruditione satis quoque idonea praeditus fuit, ad scripta eorum, penes quos illo aevo et ingenii et literarum principatus fuit, Joannis Reuchlini scilicet, Erasmi Roterodami, Joannis Oecolampadii, Ulrici Huttenii, Philippi Melanchthonis (v v v v.) alio-

nehmsten einer im Rath, die das Rädlein trieben, aber Gott hat fast alle diese Geschlecht also gestrafft, dass ihre Kinder, bey trefflichen grossen Gut, endlich entweder gar zu Bettlern, oder je ins grösste Armuth kommen u. s. w." Atque his memoratis, refert, ordinem quidem urbis melius regendae a principe esse praescriptum, non autem a magistratu servatum; cui narrationi sub finem haec addit: „Es trieben auch der Rathsherren Söhnichen viel Unwillens wider arme, gemeine Bürger, hatten das Verhängniss von ihren Vätern u. durfft auf den Abend schier niemand auf der Gassen sicher gehen, er wurd gehauen, oder geschlagen, gejagt. So führeten Canonici, Pfaffen, auch die Mönchen, u. die Rathherren ein wüst Wesen mit Hurerey, sassen öffentlich in Unch. In Summa: Es war Stall wie Viehe, wie der Teufel sprach, u. jagt seiner Mutter einen Hauffen Wespen und Hornissen in den Hintern "— Quomodo vero haec omnia tandem in melius sint mutata, hac de re agitur Cap. XXII. inde a pag. 120. sqq.

(v v v v.) Seculo XVI. in excolendis ingeniis eorum, qui, monachorum tenebras pertaesi, evangelicae veritatis atque literarum luce illustrari cupiebant, idem factum esse videtur, quod nostris temporibus, quum philosophi Regiomontani placita innotescerent. Sicuti enim hac nostra aetate, ante quinque vel sex lustra, in abacis adeo mundo muliebri instructis Kantii, Reinholdi, Schmidii, aliorumque

rumque recte usurpanda; qua quidem ratione factum est, ut, praeter ea, quae de veritate ac libertate evangelica cognoverat, in aestimanda eorum, quae vera judicamus, ad agendum vi et efficacia a nostrae aetatis hominibus, licet multa hac de re verba facere soleant, nullo modo vincatur. Nihilominus profitendam, docendam atque defendendam vere evangelicam fidem maxime sibi sumsit, et in hoc negotio tam pio versatus est animo, ut intime quilibet commoveri debeat, qui, quae ipse hac de re protulit, modica tantum attentione consideret. Atque in hisce declarandis more suo, hoc dicendi genus in deliciis habens, haud raro parabolice loquitur, alluditque dictis, factis et imaginibus e scriptura sacra petitis: saepius tamen caussas, rationes atque argumenta fidei suae simplicissime exponit, lectoresque, id quod reliquis quoque oratoribus, qui in sacrorum emendandorum praestantia defendenda desudarunt, contigit, tunc potissimum secum abripit, quum de profitenda atque confirmanda sententia agitur: hoc ipsum emendatorum sacrorum opus non nisi a deo esse repetendum. Ejusmodi virum ab omnibus, quibus ipsum penitius cognoscendi copia erat facta, intimo amore, quidquod summa observantia dignissimum esse habitum, certo certius existimare nobis liceret, etiam si expressis hac de re testimoniis careremus. Quum vero supra jam familiaritatis, quae nostro cum Luthero fuit, mentionem fecerimus, nunc, ut eo clarius

hujus scholae philosophorum opera cernebantur, ita ante haec tria secula Reuchlini, Erasmi, Oecolampadii, Huttenii, Melanchthonis scripta in manibus omnium versabantur, qui virorum liberali doctrina politorum nomina sibi vindicabant. Atque horum e numero quum Myconius quoque esset, ex hisce fontibus, nec non ex ipso scripturae sacrae continuo usu derivandum censemus ingenii animique cultum, quo inclaruit. Cf. Autograph. Cap. XII.

manifestetur, Myconium a Luthero in numero eorum esse habitum, quibus amicissime uteretur, excitanda adhuc ex epistolis Lutheri ad eum datis quaedam notatu dignissima judicavi. Primam vero Lutherus epistolam ad Myconium Vinaria (w w w w.) dedit anno MDXXV. die Jovis post Dominicam Misericordias Domini. In hac epistola salutat eum, quem M e c o n vocat, non solum F r a t r i s sed etiam E v a n g e l i s t a e in urbe Gothana nomine, totusque in eo versatur, ut Myconii animum et in laeta Evangelii professione confirmet, et spe futurae per Christum victoriae erigat. Ceterum ex hac epistola apparet, tum nondum a facie (x x x x.) sibi invicem fuisse notos, quum inter alia

(w w w w.) Cf. Aurif. epp. Luth. Tom. II. p. 288b. Germanice versam hanc epistolam invenies in Tomo XXI. Operum Lutheri a Walchio editorum p. 972. sq.

(x x x x.) Non constat, quo tempore Lutherus primo Myconium viderit. Hoc tamen relatum legimus, Lutherum, qui jam (cf. Hist. Goth. p. 423.) anno MDXXI Wormatiam abiturus Gothae in aede Augustiniana orationem sacram habuerat, anno MDXXIX (cf. ejus ep. ad Myc. hoc anno scripta) iterum illic esse concionatum, nec non anno MDXXXVII, recuperata Tambachii valetudine, qua tum temporis Smalcaldia discedens gravissime laboravit, die Jovis (cf. Hist. Goth. p. 426 sq.) post Dominicam Reminiscere denuo Gotham venisse, atque Myconium aliosque Theologos tum ex ejus ore multa excepisse memorabilia, imprimis quae ad captivitatem simulatam pertinuerint, cum a comitiis Wormatiensibus reverteretur. Certiorem quoque de adventu atque valetudine Lutheri Myconius fecit Melanchthonem Smalcaldiae adhuc degentem, cui hic respondit his literis (ep. videlic. 34. in collectione Snegassiana)—

„D. F r i d e r i c o M y c o n i o, a m i c o s u o z u G o t h a.
Smalkaldiae 1537. De Luthero.

S. D. Et si Reverendus D. Doctor sua manu mihi scripsit, urinam rursus erupisse (ἰσχουρία scilicet laboravit ita, ut omnes amici de vita ejus desperarent) ex justis meatibus: tamen gratum mihi fecisti, quod idem mihi significandum esse duxisti. Agamus Deo gratias, quod coepit levare morbum, et oremus, ut bonam valetudinem D. Doctoris restituat, quem merito omnes tanquam Patrem amamus, optime meritum de tota Ecclesia, et veneramur tanquam Aurigam et currum Jsraël. Res optimas mirifico

etiam his Lutherus utatur verbis: **haec ad Te ignotus ignotum scribo, mi Friderice!** — Quam epistolam anno statim proximo secuta est alia, per Proconsulem Oswaldum Altenburgo ad Myconium (cf. Aurif. l. c. p. 314[b] et. Opp. Luth. ed. Walch. Tom. XXI. p. 1002 sq.) missa, in qua eum Lutherus de moliminibus Pontificum et Principum contra confessores Evangelii conjuratorum certiorem fecit, atque hac de caussa monitos cupit coetus Evangelicorum, ne enixissimis precibus dei opem singularem ad haec diaboli consilia depellenda prorsusque evertenda implorare unquam desistant. Tertia, die Mercurii post Festum Trinitatis MDXXVII scripta, in qua jam jam Myconium **dilectissimum** vocat **amicum**, et quae apud Aurifabrum l. c. p. 334[b] et in Opp. Lutheri l. c. p. 1043. legitur, pro Paulo Salvedto, Goldbacensium pastore, ne a munere dimittatur, intercedit, addito consilio, ut haec res in illud tempus, quo ecclesiae sint visitandae, producatur. Quantopere ex hoc tempore intima Lutheri cum Myconio familiaritas indies creverit, cernere est ex epistolis, annis MDXXVIII. XXIX. XXXIV. XXXV. XLI. ab illo ad hunc datis, quae omnes in Editione Operum Lutheri Walchiana Tomo XXI. p. 1109. 1186. sq. 1261. 1432. et Tomo X. p. 2100 sqq. asservatae sunt, quarum vero notatu dignissimam hanc ultimo loco nominatam ideo judicamus, quod hac lecta (yyyy.)

Dei dono patefecit, et gloriam Christi, depulsis horribilibus tenebris, illustravit. Et Ecclesia adhuc tenera habet opus ejus voce, consilio et auctoritate. Rogo, ut mihi significes, quomodo jam valeat. Buccrum (Gothae tum cum Lycosthene praesentem, ac Lutherum invisentem) tibi commendo. Qui cum hic audiverunt, praebent ei testimonium integritatis. Bene vale.

Philippus."

(yyyy.) Quum haec epistola maximi sit momenti, cum parte illius, quam anno MDXLIV. ad Myconium dedit Lutherus, in hac nostra narratione denuo typis exscribendam curavimus p. 82. sq. in nota, et p. 87 sq. Monendum hoc loco

nemo non fateri cogatur, Myconium a Luthero in numero eorum esse habitum, quos maxime aestimaverit. Legitur praeterea alia ejusdem argumenti epistola, eademque anno MDXLIV. a Luthero ad Myconium scripta, de qua, si quis totam inspicere velit, consulat Historiae Gothanae Supplementum III p. 90. et Myconium Redivivum p. 66. Sicuti vero haec omnia testantur, quam intimo Lutherus Myconium amplexus sit amore, ita, si utriusque effigiem (zzzz.) contemplamur, tam miram non possumus non invenire similitudinem, ut jam inde concludi possit, egregios hosce viros non ad sodalitatem tantum, sed ad conjunctissimum quoque animorum commercium a natura ipsa esse factos atque natos. Plura nunc de Myconii meritis atque praestantia ex aliorum tum temporis inter Evangelicos celeberrimorum virorum scriptis, quidquod ex ipsis eorum ad Myconium datis epistolis

videtur, in Collectione Operum Lutheri Walchiana non iis tantum in locis, quae jam excitavimus, sed in permultis aliis Myconii mentionem esse factam. Cf. l. c. Tom XIV. p. 370 sq. T. XV. p. 412. sqq. 417 sq. 441. 447 – 455. 456. sq. 468 — 473. 667. 671. sq. 712 sqq. 720. 1408. sq 2172. sq. T. XVII. p. 1539 — 1542. 2532. sqq.

(zzzz.) Videnda est Myconii effigies in Snegassii collectione epistolarum a Melanchthone ad illum scriptarum, nec non teste Bosseckio l. c. p XXIII in Antonii Probi oratione. Exhibetur praeterea nostri imago in nummo de anno 1539 (cf. Myc. Rediv. p. 76) cum inscriptione: Fridericus Myconius aetatis 48. Atque hanc alia circumit; Confitebor tibi Domine in toto corde meo. Ex altera parte rosa sistitur spinis septa, diductoque flore conspicua, nec non ex colle progerminans, adsculptus est annus 1539. Margo interior haec habet verba: Ferendum et sperandum. Exterior vero; In patientia possidebitis animas vestras.

Ceterum licet Myconii effigies Lutheri imagini sit simillima, attamen negari nequit, in Lutheri vultu vim quandam oris fervidiorem animique vehementioris signa superesse, Myconii vero icone indicari virum, in quo austeritas quaedam victa sit bonitate.

(tz tz tz tz'.) afferri possent testimonia, nisi limitibus huicce libello ponendis moneremur, in judicio de My-

(tz tz tz tz.) Edidit Snegassius, Myconii progener, praeter Melanchthonis LXVI. epistolas, alias XVI. selectiores, vereque Theologicas a diversis auctoribus ad Myconium scriptas, quas cum auctario satis locupleti denuo typis excusas invenies in Supplemento Historiae Gothanae III. p. 90 sqq.— Subscripta sunt hisce epistolis nomina D. Martini Lutheri, Philippi Melanchthonis, Basilii Monneri, Justi Menii, Marcelli Regiomontani, Ratzenbergeri, Casparis Crucigeri, Johannis Langi, Mechleri, Joannis Draconis, Joannis Bugenhagenii, Georgii Maioris, Joachimi Moerlini, Francisci Burcardi, Wolfii Lauensteinii, Wenceslai Lincki. Et quum supra jam aliquot harum epistolarum, quae omnes intimum erga Myconium exprimunt amorem atque venerationem, huic narrationi adjunxerim, par tantum adhuc addendum videtur, quia altera, a Bugenhagenio scripta, testatum fecit, quam amice viri illi, gravissimis negotiis paene oppressi, interdum jocati sint; altera vero exarata est a Burcardo, cujus in pagina 69. hujus libelli perquam honorifice mentio facienda fuit. Sunt vero harum epistolarum haec verba;

I. Bugenhagenianae (cf. Hist. Goth. l. c. p. 131.)

Venerando Viro et Domino Friderico Mecum, Episcopo Gothensi dignissimo, Domino suo et fratri charissimo.

Gratiam Dei et Pacem. Accepi Cochlear meum, charissime Friderice, libera sit ergo pudicissima conjux tua hac sollicitudine, quasi non receperim: potuisset ipsa hoc pro suo vitro retinere, nisi in hoc nimium esset justa. Ego certe non judicabam, me quicquam amisisse, et ne somniare quidem potui, me cochlear apud tuam uxorem (unde tu Zelotypia movereris) reliquisse. Saluta eam nomine meo, et gratias age ei. Saluta et filias tuas mihi dilectas, quae multa R habent in suis nominibus. Saluta etiam reverenter tuos adjutores. Christus sit cum omnibus vobis. Ex Wimaria Dominica Jubilate MDXL.

Johannes Bugenhagius Pomeranus, Tuus."

II. Burcardianae (cf. l. c. p. 133.)

„S. D. Doctissime atque amantissime Domine Friderice. Cum per aliquot jam menses nihil neque a te literarum acceperim, neque ad te dederim, duxi pro nostra veteri necessitudine non intermittendum, quin per hunc tabellarium aliquid ad te scriberem. Et quod ego aliquandiu nihil literarum ad te miserim, tum occupationes meae in causa fuerunt, tum etiam peregrinationes. Ideoque spero, me apud te excusatum fore. Et aequissimo animo tuli, quod tu quoque nihil ad me scripseris, cum non

conii ingenio, animo, moribus, eruditione atque agendi ratione ferendo ad unius adhuc viri, quem non solum inter doctrinae solidioris atque cujuslibet rei egregiae vindices merito reponimus praecipuos, sed etiam a loci inter emendatorum sacrorum auctores occupati dignitate summopere non possumus non venerari, provocare auctoritatem. Verbis non opus est pluribus, nos Philippum dicere Melanchthonem. Et quanti hic quoque Myconium aestimaverit, hujus rei eodem, quo apud Lutherum modo, testes potissimum sunt epistolae, quas ad illum scripsit. Est vero numerus harum epistolarum, si collectionem Snegassianam saepius excitatam, et Hist. Goth. Supplem. III. p. 91, sqq. consulas, non exiguus; cui tamen numero earum

ignorem, qualis fuerit tua valetudo, quam tamen nunc restitutam esse laetor et tibi gratulor. De negotiis Conventus Ratisbonensis cuperem quidem tibi significare, sed hac temporis brevitate et occupationibus meis facere id non licuit. Et brevi typis excusa videbis omnia ea, quae in negotio Religionis ibi acta fuerunt. Hoc mihi persuadeo, hunc Conventum versurum in incrementum et commodum Doctrinae Evangelicae, quam oportet in tali conflictu versari et crescere. N a m q u o m a g i s a d v e r s a r i i e a m o p p r e s s a m e t e v e r s a m c u p i u n t, e o v e h e m e n t i u s e r i g i t c a p u t e t i l l u s t r a t u r. E t l u x p e r D e i g r a t i a m e x i s t i t c l a r a, u t t e n e b r a e e i d i u t i u s o b s i s t e r e n o n p o s s i n t. P e r r u m p e t t a n d e m, e t u n i v e r s a s t e n e b r a s r e g n i P o n t i f i c i i d i s c u t i e t e t e x p e l l e t. Neque tantum in Germania, quae brevi unanimis, ut spero, veritatem amplectetur, etiam invitis larvis pontificiis, sed etiam in aliis regionibus, ad quas tales Conventus et conversationes ac monumenta doctorum et piorum veritatis doctrinam propagabunt. Sed de his aliquando plura. Haec vero mei erga te officii certificandi gratia jam scribenda duxi, ac polliceor, si qua occasione tibi commodare queam, me pro nostra conjunctione summo studio facturum esse. Bene ac feliciter vale, et saluta Portunum nostrum. Datum Torgae 13. die Septembris anno etc. 41.

T u u s

F r a n c i s c u s B u r c h a r d u s C a n c e l l a r i u s."

Ceterum apud Tentzelium l. c. Tom. II, et quidem in praefatione Myconii Historiae Reformationis praemissa, p. 30. sqq. plura de Friderico nostro ejusque scriptis afferuntur testimonia.

usus, quum perraro occurrant, minime respondet. Non igitur mirum, si omnes ii, quibus earum inspiciendarum copia sit facta, hoc potissimum habeant in votis, ut denuo typis exscribantur. Insunt enim praeter ea, quae Myconium spectant, tam multa alia memoratu scituque dignissima, ut cuilibet, qui, quo statu illo tempore, quo scriptae sunt, ecclesiae, scholae, literae, resque civiles et (aaaaa.) politicae fuerint,

(aaaaa.) I. De rebus ecclesiae conditionem atque salutem spectantibus agitur potissimum in Epistolis 1. 15. 16. 19. 25. 27. 28. 29. 30. 33. 36. 37. 39. 50. 51. 59. 60. in quarum prima de Ecclesiarum in Thuringia statu haec leguntur: „Quoties, mi Friderice, cogito de Ecclesiis singularum regionum, gratulor et vobis et huic regioni, sic ornatas esse Dei beneficio Thuringicas Ecclesias, ut nullam aliam regionem anteferendam arbitrer. In epistola 29., quae tangere videtur Tubingensem Philippi Melanchthonis commorationem, de qua cf. Camer. in vita Mel. p. 142 haec ad Myc. scripsit Philippus: Si nostri itineris socius fuisses, vidissesque in multis locis misere dissipatas Ecclesias, haud dubie omnibus votis et lachrymis etiam optares, ut principes et doctores deliberent, quomodo consuli Ecclesiis possit. Noribergae frequentia in templis, et Ceremoniarum εὐταξία valde mihi placuit. In aliis locis ἀταξία et barbaries mirum in modum alienat animos populi. Utinam cogitent hi, qui praesunt, de sanandis his malis etc." In epistola 51. his usus est verbis: „Utinam insulse tumultuantibus principibus concionatores majore lenitate foverent Ecclesias. Nam omnia politica mala facilius tolerantur, cum animi levationem vulgarium miseriarum habent in congressibus Ecclesiae, in auscultatione placida verae doctrinae, et in invocatione. Haec cum etiam erepta sunt hominibus, miseria est, qualis est inferorum. Haec utinam multi cogitarent." Ceterum quum ea, quae in aulis principum peraguntur, a salute ecclesiae saepissime longe diversa cognoverit, atque hac de caussa e. g. (cf. epp. 1. 18. 19. 25. 28. 35. 36. 50. 56.) de πολυπραγμοσύνη aulica, de partium studio in aulis usitato, de aulicorum machinationibus, nec non de insulsitatibus (cf. ep. 50) aulicis conqueratur, non mirum, quod (cf. ep. 6.) ecclesiae potissimum ministros monitos voluerit, ne aulicam sapientiam immisceant Evangelio.

II. De Scholis rebusque scholasticis consulendae imprimis sunt epistolae 2. 4. 5. 6. 7. 13. 21. 50. 51. Atque in 2 harum epistolarum e. g. haec leguntur: „Chri-

addiscere cupiat, nec non quid eruditissimus eorum, qui seculo XVI vixerunt, de fanaticorum et haereti-

stus, qui pueritiam judicat esse Ecclesiae suae vel purissimam partem, et studia conservari vult propter ecclesiam, adjuvet consilia nostra in Scholis tuendis. In epistolis 4. et 5. conqueritur de iis, qui concionatoris provinciam scholastico muneri praeferendam judicent, his verbis: (in ep. 4.) „N. concionator factus est, nec petit scholasticum munus. Vult enim regnare otiosius, id putat in munere concionatoris facilius se consequi posse etc. et in ep. 5. N. qui fuit Lutheri minister, maluit esse concionator, quam Grammaticam docere, ac sedere inter pueros. Plus otii putant esse in functione summa et omnium difficillima, in gubernatione Ecclesiae, quam in schola puerili. In epistola 7. de disciplina scholastica sermo est his verbis: Utraque re peccari scimus, torvitate et indulgentia. Sed quaedam naturae impatientes disciplinae, nec severitate nec comitate fiunt meliores. Disciplinam tamen Deus praecepit: quare et nos eam regere conabimur, et vos vestris cohortationibus urgete, ut discat (juvenis scilicet, de cujus studiis regendis in his literis agitur,) intelligere et amare virtutem.“

III. Literarum praeter ea, quae jam in epistolis sub numero antecedente excitatis hac de re occurrunt, mentionem fecit in epistolis 2. 3. 8. 9. In epistolis videlicet 2. 3. et 9. de Myconii in literas meritis haec leguntur. In ep. 2: „Laudo tuam pietatem, quod literas tanta fide ac diligentia defendis. Nec dubita, quin officium Christo gratum facias. In ep. 3: Publico nomine gratias tibi, mi Friderice, ago, quod tanto studio cives tuos ad literas retinendas, discendas ac tuendas excitas. Spero, et Deo hunc erga Rempub. animum probari. In ep. 9. Decet Ecclesiam instructam et ornatam esse omnium honestarum artium cognitione. Ideo nobis fortiter pugnandum est cum illis, qui spretis disciplinis quandam horridam barbariem in Ecclesiam invehere conantur. Quare tibi gratiam habeo, quod istic studia Philosophiae civibus tuis commendas. — Vides, quantum referat, doctrinam Religionis diserte, proprie et artificum methodo explicari. Id non possunt imperiti Philosophiae. In epistola 8. Melanchthon Matheseos studium justis prosequitur laudibus, his verbis: „Opinor te de illis ipsis (Mathematicis scil.) artibus honorifice sentire, quibus amissis, conturbaretur anni ratio, nullos haberemus certos fastos, nullam historiarum seriem Ideo prudentes Rerum pub. gubernatores semper illas artes Geometricas, et descriptiones temporum, aequinoctiorum, solstitiorum et alias affines conservandas esse singulari diligentia duxerunt. Est autem divinitas quaedam ea-

corum deliriis (bbbbb.), comitiorum et conventuum (ccccc.) certaminibus atque periculis, Turcarum in-

rum artium, ut non admodum assequi eas possint, nisi illi, qui coelesti dono ad eas trahuntur. Quare videndum est his, qui praesunt studiis, ut ingenia, quae animadvertunt apta esse illi generi, provehant, et in hoc studio retineant. — — — Audi historiam. Lipsiae ante annos triginta (1507.) fuit homo excellenti doctrina in Mathematicis, Magister Alexander. Is docuit multos feliciter. Scripsit librum, in quo omnes Aristotelis Geometricas demonstrationes eruditissime enarravit: quem librum spero nos brevi edituros esse. Cum tanta esset eruditio; cum bene meritus esset de pub. studijs: tamen Lipsiae ita neglectus est, ut commigrarit in oppidum Mysèn, ubi sustentavit se scribendis libris cantionum, et vendendo atramento. Tantam barbariem doctorum negligentium optimas artes quis non detestetur? Quare nos majore studio has pulcherrimas artes tueamur et excitemus."

IV. Res civiles et politicae commemorantur e. g. in epistolis 8. 16. 21. 33. 39. 44. 53. 54. 56. 57. 61. Atque in epistola 39. de Imperatore, Carolo V., et de Angliae Rege, Henrico VIII., haec scripsit: „De Carolo Imp. nihil audimus, nisi quod podagra laborare dicitur. Utinam hae compedes teneant eum, ne obtemperet furiis, quae eum hortantur ad bellum in Germania movendum. De Nérone Anglicano nihil libet scribere. Deus hanc Echidnam perdat etc. In epistola autem 44. Philippus monet Fridericum nostrum, ne politicis rebus sese immisceat, his verbis: „Te oro, mi Friderice, quantum potes, des operam, ne tibi sit rixandum περι πολιτικων πραγματων cum tuis civibus, et illum fictum amicum fucatis officiis retinere studeas, ne homines improbi desiderare in nobis civilitatem et comitatem possint. Omnino, ut vides, gravem servitutem servimus, qui jam docemus Evangelion: sed tu videbis mundum poenas hujus crudelitatis daturum esse, et brevi id fiet. Nam haec aestas non erit tranquilla etc."

(bbbbb.) De fanaticorum atque haereticorum deliriis conferantur epistolae 9. 16. 20. 24. 25. 26. in quarum 16. de Breitebachensi quodam propheta eadem afferuntur, quae de nonnullis eorum, qui nostris temporibus prophetarum personas agere conati sunt, monenda videntur.

(ccccc.) De comitiis et conventibus sermo est in epistolis 10. 11. 13. 14. 15. 46. 47. 58. 61. 62. Atque in ep. 13. e. g. et 14. de conventu Ratisbonensi haec scripsit Melanchthon: In ep. videl. 13. „hanc epistolam die Gregorii scripsi

cursionibus (ddddd.) et latrociniis etc. judicaverit, cognoscere velit, hae potissimum epistolae summae

(1541.) cum postridie abituri essemus ad conventum Ratisponensem. Et exercebar curis gravissimis. Non metuo pericula privata: spero etiam pacem publicam. Non defugio congressus publicos cum Adversariis. Sed illud est mihi molestum, quod has actiones alii instituunt, alii coguntur sustinere, et quorundam consilia sunt Alcibiadea. In epistola vero 14. haec leguntur: Differtur disputatio, donec adveniat Granvillanus, qui hoc quidem tempore pectus esse Caroli Imp. dicitur. Multa concurrunt, quae me movent, ut hoc tantum agi ab Adversariis existimem, ut nostros divellant, et praejudicio hujus congressus damnatos magis deinde praegravent. Non hoc agunt, ut concordiam quaerant. Nam et viperae huc adductae sunt inimicissimae nobis, et pro Treviro praeerit Moguntinus: et audio Granvillanum eo venire, non ut mitiget discordias, sed quia ei spes ostensa est a quibusdam defectionis. De conventibus in universum quid judicaverit Melanchthon, cognosci potest ex ep. 46, in qua his usus est verbis: „Nosti morem conventuum; doctrinae mentio postrema est, si qua est.“ Et de iis Principibus, qui dictaturam in ecclesia sibi arrogant, et Pontifices maximi esse et haberi cupiunt, ex ep. 47 haec dici possunt: „De conventu res digna memoratu ad me scripta est: futurum alium conventum mense Octobri, in quo vult Imperator perfici inchoatas dogmatum conciliationes: aut pronunciaturus est ipse, quid de Religione Germanos sentire velit. Audis novum et inusitatum exemplum dijudicationis controversiarum Ecclesiae. — Ceterum cf. hujus narrationis pag. 53 sq. quo quidem in loco par illud epistolarum legitur, quod a Philippo Melanchthone ad Myconium de comitiis Augustanis (anno 1530) scriptum est. Praeterea Comitiorum Spirensium mentio facta est in ep. 58. Wormacensium in ep. 61 et 64.

(ddddd.) Turcarum incursiones atque latrocinia commemorantur in epistolis 8. 9. 17. 18. 19. 21. 45 — atque in epp. 9. 17. 18. 45 his usus est verbis: (in 9) „novi nihil habebam nisi famam de profligatis copiis Ferdinandi ab exercitu Turcico in Croatiae finibus. Etsi deploro infelicitatem Ferdinandi, tamen Germanos ceteros accusandos esse potius sentio, qui propter privata odia desunt communi causae et saluti patriae. Meministi versum graecum: ᾽ανηρ μεν ᾽ανδρα σωζει και πολις πολιν. Significat enim, jure naturae defensionem mutuam homines ac civitates in bonis causis inter se debere etc“ (In ep. 17.) „Mitto tibi libellum de rebus Turcicis dignissimum lectu. Hic enim cerni potest, quam acrem, vigilantem et formidabilem hostem habeant Germania et vicinae nationes. Jo-

possint esse utilitati. Ut vero amicissimum harum epistolarum ope testetur Melanchthon erga Myconium animum, communicat cum eo sua de libris edendis (cf. epp. VI. XXX. LIII.) consilia; mittit ei sua aliorumque scripta (eeeee.) expetitque ejus de nonnullis (cf. epp. XXX. XXXIII. XLVI.) judicia; legendas ei exhibet (cf. epp. XXXI. et XLI.) epistolas a se ad alios datas, permittitque ut suam (cf. ep. XXXI.) adscribat sententiam: paciscitur cum eo, ut, si quae epistolae ab aliis alterutrius epistolis includendae tradantur, jus earum resignandarum ei competat, cujus sint adjectae (fffff.) epistolis; utitur porro (ggggg.) ex more inter ami-

nas vertit in linguam Germanicam. Profecto digna odio est ignavia principum Christiani nominis, qui nihil minus cogitant, quam de tanto tamque crudiliter grassanti hoste reprimendo. (In ep. 18.): Non puto te sine magno dolore atque indignatione legisse (libellum anteced. ep. memoratum,) si evolvisti. Nam quisquis legit, non potest non irasci nostris Heroibus, quod illam barbariem tanta vi grassantem non arcere conantur: quasi ipsis nihil impendeat periculi. (In ep. 45.) Ecclesiae nostrae rursus novi terrores incutiuntur. Hactenus cum Romana Tyrannide bellatum est: nunc accedit terror Turcicus. In Hungaria audio cives Budenses et Pestienses sua sede pulsos et in Bosniam missos, retentis Budae et Pestiae mulieribus et puellis Et urbes hae duae cum mulieribus et puellis ac facultatibus civium attributae sunt Turcicis militibus tanquam Colonis. O rem miseram! Tales conjugum divulsiones nullas fecerunt Monarchiae veteres. Ideo apparet, hoc Turcicum latrocinium esse postremum Diaboli furorem, precibus vincendum, quae a Deo defensionem Ecclesiis petant. N o s t r i H e r o ë s s e d e n t d o m i, d e l i b e r a n t f o r t a s s i s, s i q u i d r e i s e r i a e a g a n t, c e r t a n t i n t e r s e b e l l i s. Sed oremus Deum etc.

(eeeee.) Consulantur hac de re epistolae 6. 8. 12. 17. 18. 23. 26. 28. 36. 42. 49. 51. 53. 55 — e quarum 26. apparet, libellum, qui veterum scriptorum testimonia de sacra coena complectitur, non misisse solum Myconio, sed etiam praemissis ad eum literis dedicasse.

(fffff.) Cf. ep. 42, cui addita sunt verba: κοινα γαρ τα φιλων.

(ggggg.) Cf. epp. 12. 17. 21. 28. 34. 42. 43. 48. Atque in ep. 12. e. g. de filioli nati minoris morte haec affert: „Mihi

cissimos recepto, in enarrandis suis aliorumque fatis summa familiaritate, additis interdum egregiis senten-

accessit ad reliquas meas miserias acerbissimus luctus. Amisi enim filiolum minorem natu, suavissimum puerum, quae res incredibili dolore me afficit. In epistola 17. de filio Lucae Cranachii haec commemorat: „De filio Lucae pictoris, Johanne, mortuo, nescio an audieris. Huc allatae sunt literae, quae affirmant eum Bononiae febri exstinctum esse. Parentes magno in luctu sunt, et nos cum parentum dolore afficimur, tum vero etiam dolemus nobis ereptum esse talem civem. Erat enim honesto ingenio praeditus, et futurus fuit excellens artifex. Nisi jam de hac re scripsisti ad Lucam et ejus conjugem, velim eos per literas consoleris." In epistolis 21. 28. et 34. enarrat, semet ipsum atque Lutherum λιθιάσει laborare. In epp. 42. et 43. mentionem fecit calumniarum, quibus petitus erat, atque in ep. 42 hac de re haec scripsit: „Quae nuper questus sum de calumniis quibusdam, sanabo mea moderatione. Itaque te jubeo bono animo esse: dabit Deus his quoque finem. Ac pudeat nos adeo esse molliculos, ut perferre leves injurias nolimus, cum Christus tam horribiles aerumnas nostra causa pertulerit. Audi Senecam dicentem: Dum inter homines sumus, colamus humanitatem. Non timori cuiquam, non periculo simus. Detrimenta, injurias, convicia, vellicationes contemnamus, et magno animo feramus brevia incommoda. Dum respicimus, quod ajunt, versamusque nos, immortalitas aderit etc. In ep. 43. de hac eadem re haec ejus verba sunt: „Agnosco candorem animi tui, mi Friderice, quod de nobis tantopere solicitus es: sed ita scito, jam me deposuisse hanc offensionem, ortam ex illarum literarum acerbitate. Nam princeps satis amanter et familiariter hic mecum locutus est. Ego autem amo illud vetus Historici dictum: Amicitias debere immortales esse, inimicitias mortales. Itaque te quoque jubeo abjicere solicitudinem de meis rebus conceptam, tibique gratiam habeo, quod in amici periculo fidem praestiteris. Ego mea consilia, Deo volente, semper ad publicam utilitatem, non ad privatos affectus accommodabo. Lectu praeterea dignissima sunt, quae in ep. 48 exposuit his verbis. Etsi saepe graviter sauciant animum meum scandala, quae a nostris oriuntur: tamen cum manifestam impudentiam atque impietatem, deinde infinitam crudelitatem Adversariorum video, nonnihil erigor, et gaudeo, me non esse suffragatorem illorum Tyrannidis. Vide enim istorum Hypocritarum Pharisaicam religionem. Ne conjugium Sacerdotum approbent, lenocinia et infinita adulteria confirmant. O pium Patrem, qui maluit esse leno filiae, eamque multis vulgo prostituere, quam in conjugio Sacerdotis relinquere. Hanc impudentiam profecto puniet Christus, et ut puniat, oro. Casus Arnstadiensis viri, Johannis N. nihil habet obscuri: si, ut scri-

tiis et consiliis; nec non, ut hoc quoque modo verae amicitiae obtemperet legibus, vilissima adeo amici (hhhhh.) dona pergrato accipit animo. Magna praeterea harum epistolarum pars vel juvenes academicos Melanchthonis curae a Myconio traditos (iiiii.) spec-

bis, et narrat ipse, res acta est, quod mulier eum, seducta ab impio patre, deseruit, nec voluit redire in gratiam, jure potest petere, ut fiat divortium. Commendabis igitur eum comiti. Sed divortium fieri velim te judice, et servata usitate forma judicii, publice citata rea. Vellem etiam te ad patrem mulieris scribere, et graviter accusare ejus impietatem. Id exempli causa prodesset, ut videant homines affici indignitate rei etc.

(hhhhh.) In epistola 5. sub finem caseorum a Myconio dono acceptorum amicissime mentionem fecit, atque hujus rei commemoratio praeterquam quod amicitiam, quae Melanchthoni cum Myconio intercessit, testatur, documento esse potest, quam paucis tum temporis ejusmodi viri fuerint contenti. Nostris contra temporibus etiam amicorum dona plerumque splendida et magni pretii esse debent, ut benigne excipiantur.

(iiiii.) Conferantur hac de re epistolae 3. 7. 23. 28. 51. In epistola enim 3. haec leguntur: „Nobis curae erunt adolescentes huc missi a te. Et jam curavimus eis habitationem. Praescribam et discendi rationem. Lonicerus eorum studia satis liberaliter praedicat.“ In ep. 7. haec scripsit: „Aliquoties collocuti sumus, Marcellus et ego, de Hieronymi studiis et disciplina: ac visum est utrique, commendandum esse cuidam magistro Johanni Stoltzio, nato in hac urbe, marito, placidis moribus praedito, facundo, et bene literato, et, ut apparet, magis congruenti ad mores et ingenium Hieronymi, quod torvitate non potest regi: sed proponenda sunt honesta exercitia, quorum voluptate ad discendum accendatur: ac promisit nobis operam suam et diligentiam ille noster civis. Experiemur ergo in hanc partem, quid profici possit, et vobis significabimus eventum etc.“ In epistola 23 commemorantur haec: „In distributione stipendiorum duo Gothani sunt nominati, quibus jam suae pensiones numeratae sunt. Nam Bopii pecunia penes me est, quod ei velim indicari. Plures in Catalogo non erant scripti. De Adamo N. respondit princeps, placere sibi ut detur ei a Wangenhemio stipendium. Non igitur huic Adamo ex aula missum est. Ac prodesset te curare, ut Quaestor vester nomine Wangenhemii ei penderet.“ In ep. 28. (cf. ep. 7.) haec de Hieronymo enarravit: „Adolescens Hieronymus dicitur mediocriter facere suum officium. Bis enim interrogavi ejus Praeceptorem, virum gravem, Francum,

tat, vel versatur in eo, ut muneribus scholasticis et ecclesiasticis dignissimi praeceptores atque doctores praeficiantur. Qua quidem de caussa saepissime in iis sermo est de candidatis horum munerum, quos et Myconius commendari sibi voluerat a Philippo Melanchthone, et hic ipsi ultro commendabat (kkkkk.). — At, licet ex his omnibus satis superque manifestetur, quanti Melanchthon Myconium aestimaverit, additamenti tamen loco adhuc commemoranda videntur ea, in quibus ille expresse significat, quo loco hunc habuerit.

qui eum regere studet, non sine labore. Ero et ipse non solum hortator, sed etiam objurgator, cum opus erit." In calce epistolae 51. de Arnoldi cujusdam filio haec addidit: Filius Jacobi Arnoldi mihi curae erit.

(kkkkk.) Consulendae hac de re sunt epistolae 1. 2. 4. 5. 8. 13. 21. 38. 40. 49. 50. 51. 53. In harum epistolarum 4, ut haec tantum afferam, commendat Myconio Pancratium Sussebachium (de quo cf. p. huj. libelli 108) his verbis: „Mitto autem hunc juvenem Pancratium, cujus mihi modestia in omni genere cognita et spectata est: quem tibi commendo teque rogo, ut eum Senatui commendes. Omnia facturus est de tuo arbitrio atque voluntate. Delegi enim ex multis: neque enim volui ad vos mittere quenquam, cujus ingenium mihi suspectum esset." In ep. 40. de verbi divini ministris Arnstadium vocatis, leguntur haec: „Hesiodus inquit: Bonum vicinum magnum commodum esse. Cum igitur veniant Arnstadium duo docti et boni viri, Doctor Joachimus Maurus, qui Ecclesiae nostrae Diaconus fuit, et Magister Christophorus Lasius, spero tibi hos Vicinos gratos fore, eosque tibi commendo. Jussi ut ad te excurrant, et tuo consilio utantur, si qua res inciderit difficilior. Nam tibi vicinia nota est. Scio eos maxime gaudere, quod te vicinum habent, et sperare sibi magno usui tuam amicitiam fore. Complecteris igitur eos tanquam Symmistas divini Ministerii, eosque diligenter adjuvabis. Bene vale. Die 22. Sept. 1540. Ceterum nec silentio hoc loco praetereundae videntur epp. 58 et 17. Haec enim de concionandi ratione tum temporis usitata haec monet: Scis, mi Friderice, me saepe questum esse de ακυρολογιαις, hoc est, improprie dictis concionatorum, deque Sophistica. Haec parit deinde absurdas et perniciosas opiniones." Atque epistola 38 illius temporis memoriam, quo multi pastores ecclesiarum sedibus suis pulsi sunt, his repetit verbis: „In nostris regionibus saepe fit, ut pellantur (parochi scilicet) e possessionibus. Scis hanc vocem miseram esse: Veteres migrate coloni!

Perquam honorificis videlicet eum ornat (lllll.) titulis et nominibus. Laudat ejus in scholas, literas atque ecclesiam merita (mmmmmm.) eximia. Rogat eum suis et Lutheri (cf. ep. 53.) verbis, ut suam, ecclesiae evangelicae, totius Germaniae, rerumque publicarum salutem, nec non principum atque magistratuum consilia et auctoritatem omnibus (nnnnn.) deo commendet precibus. Atque ut mittamus ea summi amoris, venerationis et observantiae testimonia, quae, si curam, qua Melanchthon vitam Myconii servandam

(lllll.) Appellat videlicet Melanchthon Myconium: „Virum Clarissimum, egregia virtute, eruditione et pietate praeditum: Virum Venerandum, eruditione et pietate praestantem: Virum optimum: Amicum suum summum, carissimum, praecipuum, sincerum, και γνησιον: Fratrem carissimum: Virum Venerabilem: Virum, qui in amici periculo fidem praestiterit.“ De quibus nominibus conferantur epistolarum inscriptiones, nec non ipsius epistolae 43 verba.

(mmmmmm.) Praeter ea, quae supra jam in nota (aaaaa.) sub numero III ex epistolis 2. 3. et 9. retulimus, consulendae sunt hac de re epistolae 1. 37. 41. 55. 61. In epistola enim 1. dicitur de Myconio: „ornare suas Scholas et Ecclesias. In ep. 37. haec leguntur verba: „Vivimus non tantum naturae viribus, sed divinitus. Ideo spero et opto, te Ecclesiae et publicae et domesticae tuae victurum esse.“ Teste epistola 41 orat Melanchthon Deum Patrem liberatoris nostri Jesu Christi, conditorem rerum omnium, et vitae auctorem, ut Myconium servet incolumem propter Ministerium Evangelii Profecto enim Ecclesiae opus esse fidelibus Ministris etc. In epistola 55 haec scripta sunt verba: Gaudeo clementiorem apud vos aërem fieri, cum ob alias causas, tum quod etiam tibi timeam. Oro autem ut Christus te diu servet in Ecclesiae Ministerio, ubi vides quam paucos habeamus fidos ac prudentes Oeconomos Mysteriorum Dei etc.“ In epistola 61. Myconii laudes hoc modo praedicantur: „Jubet Paulus, ut multorum precibus Deo commendetur ipsius vita, ut pro eo servato multi agant gratias Deo. Ita spero, multos pro te jam vota facere, ac rursus Deo gratias acturos pro te servato. Opus est enim Ecclesiae gubernatoribus fidelibus, quo in numero te esse scio. Quare opto ex animo, ut Deus servet te ac restituat tibi bonam valetudinem etc.“

(nnnnn.) Cf. epp. 13. 14. 15. 16. 19. 25. 30. 33. 35. 39. 45. 47. 53. 57. 58. 59. 60. 62.

ejusque valetudinem restituendam amplexus sit, consideres, etiam in epistolis ad hunc ab illo datis, et quidem in harum epistolarum XVIII. XXVII. XXXI sq. XXXV. XXXVII. XLI. XLVII. LV. LXI. LXII. LXIV. proferuntur; de toto adhuc, quo erga nostrum fuit animo, ipsis Melanchthonis verbis haec exponenda videntur. „Amabo te, inquit in epistola XXII., expatieris huc ad nos post Natalem Domini. Idem scribo Menio. Nihil mihi in hac misera valetudine, et his animi doloribus, quibus subinde magis crucior, accedere queat jucundius vestro conspectu et colloquio.“ In epistola XXXVIII. haec leguntur. „Doleo, me non potuisse nuper, cum hic esses, saepius tecum esse, et frui consuetudine tua uberius. Impediebant enim me, ut scis, quaedam familiaria negotia. Ego tamen te ex quo de fama novi, semper amavi: quia non solum pure docere, sed etiam singulari modestia uti in dicendo dicebaris, quae meo judicio, siquid modo judicare possum, dignissima est Doctore Christianae religionis. Quid enim plurimorum inconsulta vehementia aliud effecit, nisi ut plena ea loca tumultuum essent.“ In epistola XXXIX his usus est Melanchthon verbis: „O gratam et dulcem vocem Spiritus Sancti cum inquit: Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: In die mala liberabit eum Deus. Quare quod ingenti meo dolore tu quoque adficiebaris, meque aegrotantem tuis sermonibus confirmabas, habeo tibi gratiam, ac Deum precor, ut vicissim te et tuos consoletur ac servet. Tu quidem quantum te amem, facile perspexisti, cum videres in tanto meo moerore me tamen recreari tua

consuetudine. Id signum est non fucosae benevolentiae.“ Epistola denique XLVIII. hac terminatur communicatione: „Cum Wimariam veneris, tantum mihi significes, statim enim eo accurram.“ Sicuti vero hae quoque Melanchthonis epistolae omnes nos docent, quantopere cuilibet meliori, quidquod praecipuis suae aetatis viris, carus laudatusque fuerit Myconius; ita nec testimoniis caremus, quibus evincatur et a suis adeo, et ab aliis principibus permagni esse factum. De Philippo enim, Hassiae Landgravio, ut Regis Angliae, Henrici VIII. de nostro testimonium supra p. 71. in nota (mm m.) excitatum taceam, sic ad illum Melanchthon in epistola XII. „Nos brevi, ut arbitror, tecum erimus. Scripsit enim nobis Landgravius, ut te ad congressum illum adducamus, de quo scis opinor. Vocavit enim Landgravius Oecolampadium et alios quosdam, ut de Coena Domini colloquantur.“ In epistola XXIX. haec leguntur: „Dux Wirtebergensis nominatim te salutari suis verbis jussit, et honorificam tui mentionem fecit multis verbis.“ Et in epistola XLIII inquit: Princeps in mensa de te et Justo (Jona) amantissime loquebatur.“— Quo autem ipsius principes, Johannes nimirum et Johannes Fridericus, Electores Saxoniae, erga eum fuerint animo, mandata potissimum, quibus exsequendis eum dignum judicarunt, documento sunt. Non enim de itineribus, in quibus Electorum illorum comes fuit, de legatione Anglicana, de aditu ad comitia, quibus interfuit, et in quibus ad conciones evangelicas habendas constitutus est, de visitandarum atque instituendarum ecclesiarum, nec non de sacrorum Annaebergae et Lipsiae instaurandorum atque emendandorum negotio ipsi demandato in hac nostra narratione ea commemorari potuissent, quae p. 47.

ſqq. et p. 69. ſqq. satis idoneis argumentis comprobata attulimus, nisi eis quoque inprimis placuisset principibus, penes quos Saxoniae Electoralis tum temporis imperium fuit. Quae quum ita sint, et quum haec omnia satis superque testentur, fuisse Myconium e numero eorum, qui eximie ornarint ecclesiae evangelicae incunabula, virumque seculorum memoria dignum; non immodestius egisse judicio, qui, donec magis idoneos existimatores et laudatores accipiat, egregium huncce virum, qui et ingenii et animi praestantia semper conspicuus erit, muneribusque suis ubique locorum ita praefuit, ut et prudentiae et pietatis summam laudem sibi pararet, nec non collegarum tenerrimo amore, atque reliquorum veneratione maxima potiretur, Protestantium studiis denuo commendari cupierim. Nostrum nunc erit, admiratione eum potius, quam temporalibus laudibus, et si natura suppeditet, aemulatione (o o o o o.) decorare. Ut vero justus quoque meritis ejus habeatur honos, hac mea qualicunque opella peritior aliquis, atque ad ejusmodi narrationem componendam me magis idoneus excitetur, qui, quicquid in Myconio amandum mirandumque fuit, aeternitati temporum famaeque rerum tradat ita, ut de Myconio suo eadem judicare atque profiteri possit, quae Tacitus de Agricola suo auguratus est his verbis: Posteritati narratus et traditus superstes erit.

(o o o o o.) Fiat et peragatur hoc modo, quod in votis habuimus, quum anno praecedente in Museo nostro memoriam Myconii solenniter repeteremus, et in ejus honorem e cantilena illa monastica, satis nota: Ecce! quomodo moritur Justus, et nemo percipit corde etc. haec quoque decantaremus verba:

Et erit in pace memoria ejus.

Emendanda.

p. XII. in praef. lin. 1. leg. accuratius pro accuratiu.
– 1. excitanda quoque fuisset in nota (e) Melanchth. ep. 38, quae his verbis inscripta est: Domino Friderico Mecum etc.
p. 3. lin. 15. uncis includenda sunt verba: Annaebergensium — Myconius.
p. 4. lin. 38. leg. in nemorosis pro innemorosis.
– – – 40. – fossis pro fossis.
– 5. – 15. non semicolon, sed comma tantum ponendum fuit.
– – – 21. l. incunabula pro incunabula.
– – – 35. – illustrissimus pro illustrissimus.
– 8. – 29. – arcessitus pro arcessitus.
– 10. – 4. post Monasteriorum comma delendum est.
– — – 33. leg. Tom. XV. pro Tom. V.
– 28. lin. 13. post ubinam comma delendum est.
– 30. – 23. leg. totam pro totum.
– 31. – 17. – semet pro semet —.
– 32. – 3. – incredulus pro mcredulus.
– 33. – 4. – possim pro possum.
– 34. – 32. – pontificios pro pontificios.
– 35. – 33. – Vinariensibus pro Vinariensibus.
– 36. – 8. post legerit addatur comma.
– 45. – 10. leg. difficulter pro difficiliter.
– 46. in nota (vv) post fuisse inserendum est: eam.
– 47. lin. 59. leg. p. 2. sqq. pro p. 1. sqq.
– 48. – 38. – enarravit pro enaravit.
– — – 42. – esse pr. esse.
– 49. – 31. – iret pr. ir et.
– 51. in nota (aaa) l. Schroeckhii pr. Scroeckii.
– 52. lin. 30. leg. Melanchthon pr. Melanchton.
– 53. – – 2. – semet ipsum pro semetipsum.
– — – 15. – Rechten pro Gerechten.
– 54. – 14. – promittere pro pro ittere.
– — – 17. – officio pro officio.
– 59. – 32. – vel pro vcl.
– 60. – 18 – fieret pro fieret.
– 62. – 9. – jubet pro jubit.
– 64. in periodis: Ubi cum id quod etc. et: Quod si haec vox etc. — ita interpungendum est: Ubi cum, id quod, res ipsa est, panem — illo; pacem dedit etc. Et: Quod si haec vox: impii accipiunt verum corpus Christi, apud suos rudibus etc.
p. 64. lin. 24. deleatur comma post praesentes.
– 65. – 3. leg. Friderici pro Friederici.
– 68. – 6. – consilio pro concilio.
– — – 16. – narratiunculam pr. n rratiunculam.

p. 71. lin. 20. leg. Churfürstin pr. Churfüsstin.
– — – 33. – tegerrimi pr. egerrimi.
– 73 – 4. – XXXIII. pr. XXXII.
– — – 14. – dioeceseos pr. dioeceos.
– — – 22. – Maji pr. Maj
– 74 – 27. – pontificiarum pr. pontisiciarum.
– 75 – 2. – Melanchthonis pr. Melanchtonis.
– 77 – 6. – Melanthon pr. Melanchthon.
– — in nota (sss) adhuc monendum, Myconium ipsum novem tantum mensium, quos Lipsiae commoratus sit, mentionem facere. Cf. ejus autographum hist. p. 52.
p. 78 lin. 9. leg flagitabant pr. flagtiabant.
– — – 13. – Gotha pr. Gothat.
– 80 – 7. – visitatione pr. visitaticne.
– — – 8. – constituit pr. contistuit.
– — – 21. post valetudine ponatur comma.
– — – 24. leg fidelissimo pr. sidelissimo.
– 82 – 18. post Tod ponatur comma.
– 84 – 39 leg. immarcescibilem pro immarcessibilem.
– 85 – 18. – quaeso pr. quae o.
– — – 19. – fieri pr. fieri.
– — – 24. – videlicet pr. videli et.
– 86 – 14. – possit pr. po sit.
– — – 15. – aquae pr. quae.
– — – 23. – guttas pr. gutlas
– 94 – 13. – confessus pr. consessus.
– — – 16. – fecit pr. fecit.
– 95 – 1 – nostro pr. nosto.
– 96 – 20. – senes pr. scnes.
– — – 32. – ululatu pr. ulutatu.
– 98. – 12. – Fridericus pr. Friedericus.
– — – 30. – ——— pr. ———
– 101 – 31 – facere eum cum pro facere cum.
– 104 – 28 – Snegassiana pr. Snegassiam.
– 110 – 30 – post Talia comma est ponendum.
– 112 – 1 leg. hactenus pr hatenus.
– —— – 23 – Epitaphium pr. Epitaphinm.
– —— – — – Successor pr. Sucessor.
– —— lin. 1 notae (llll) leg. Dissertationi pro Disertationi.
– —— sub numero 3 leg. in linea ultima Lutherum pr. Luterum.
– 122 lin. 20 post commemoravimus eum inserendum est.

Ceterum benevoli lectores me non monente cognoscent, saepius a typographo literam ſ pro f et vice versa positam esse, atque hac de caussa ipsi haec errata contextui convenienter emendabunt. Si vero in scriptione nominum propriorum diversitas nonnullis in locis occurrit, hoc non auctori hujus libelli, sed imputandum est scriptoribus, quorum verba excitata sunt.